Ideo deus in alijs virtutib⁹ medium seruans in charitate modum excedit. Ideo apostol⁹ charitatem eius nimiam vocat dī. ppter nimia charitatem qua dilexit nos. Mo. tamen est q̄ in auro est dare optimum sub cuius genere nullū melius. Ita est in genere charitatis deuenire ad optimā que parem non habet. s. cū amore dei pfecte quis diligit inimicū vt. s. de malo eius doleat vt de proprio ac ēt de bono gaudeat. Ideo super illō ps. Latū mandatū tuum nimis Slo. tunc est latū mādatum nimis qm̄ de inimicorum malo dolem⁹ sed hoc perfectissimū aurum. s. charitatis in nobis inueniri n̄ pōt nisi diuina gratia mediante. **Figura** Sen. ij. vbi legitur q̄ terra eiulat quā rigat fluiuius de paradiso egrediēs. pducit aur̄. ⁊ subditur ibidē ⁊ aur̄ terre illius optimū est. Spūalr̄ eiulat interpretatur dolēs ⁊ bñ significat aīam compassiua que tñ de inimici malo dolet q̄tum de proprio ⁊ hec vt dictus ē. pfectissima charitas est ⁊ optima. verūm ne capiar in v̄bo indisciplinato non dico q̄ charitas possit esse ita perfecta qm̄ possit p̄fici ⁊ augeri s̄ dico q̄ ista est optima respectu inferiorū. Igitur hoc aur̄ optimū n̄ est a nobis sed a flumine paradisi. i. a diuina gratia irrigā aīam nostrā. vñ Jac. i. Omne datū optimū ⁊ oē donum perfectū desur

Fig.

Flu.

DITTE

sum est descendens a patre inmi-
num.

B

Ran tulit austrum de ce-
lo ps. lxxvij. Mot. q. au-
ster adeo e calidus q. co-
flanteligna aromatica siml con-
gregata i aliqb⁹ regionib⁹ calide
inflatur fertur etiam q. p istu mo-
du renouatur sentit. Spualr per
austz subaudi charitate Ebach.
lij. deus ab austro veniet. Igitur
cum in corde nostro cōgregam⁹
illius aromatica nemozis. s. sacre
scripture eloquia que. s. a xpo vel
ab eius apostolis seu pphes ex di-
lectione dicta sunt statim descē-
dens ignis dnuini amoris accen-
dit charitate in nobis p qua re-
nouatur mens nostra ruginibus
peccati purgatis per ignez sancti
spiritus tota resulget sanctitate.
post qua subsequit alia austri. p
prietas q. mentez qua spūsancti
gratta mndat a culpa apūficat &
dispoit ad vtilislachrymas emit-
tendas. Figura. lij. Re. x. lij. posi-
to per Delram holocausto sup
altari descendit ignis de celo &
succedit & populus totus credidit
prophete Balaach: extincti sunt
& fuit habūdans pluvia super ter-
raz sine qua terra steterat trib⁹
annis & sex mēlibus. Spūaliter
per Delram subaudi penitentē.
per holocaustū cor cōtritum peni-
tentis per ignē descendentes sub-
audi charitatem aiam succeden-
tes ad amorē. Extinguunt pphē

Sig.

te. Balaach q. excludunt sugge-
stiones & temptationes diaboli.
subsequitur pluvia lachrymar p
quaz gratiaz secūditas nascit in
aia quibus prius erat priuata. Et
sic aia nō solū accenditur amore
sed etiam illuminatur lumie om-
nū gratiaz. vnde Gre. omel. li. Gre.
quis diligit me &c. Spūsanctus
inquit in ignis linguis apparuit
q. omnes quos repleuerit ardē-
tes pariter & loquentes facit.

Suez veni mittere i ter-
ram & qd volo nisi vt ar-
deat Lu. xij. Mo. q. hyc
mali tempore in nobiliū domib⁹
ignis nūq. extinguit & fit vt aliqui
q. venietes de foris vsatores ma-
defacti calefiant. Spūalr aia hu-
mana est domus nobilīuz q. ibi
habitat pater filius & spūsanct⁹
q. sunt psonē nobilissime. vñ Jo.
xiiij. ad eū veniemus & mansione
apud eū faciem⁹. D3 igit ibi nu-
triri ignis charitatis vt sacre scri-
pture vba & ispiratiōes venietes
e celo calore spiritus sancti foueāt
& lenificent. D3 sic ordinata ē. s.
nutritiōez ignis mālto persona
spūalis in domo magni principis
ita d3 esse in aia vt virtus aliqua
ad quā spectat semp ignē charita-
tis gubernare vt ardeat. Figura
Leui. vi. vbi pcepit dñs filio isrl
di. Ignis semp in altari meo ar-
debit. quez nutritet sacerdos sub-
iciens ligna. Spūaliter altare dei
est cor humanum. sacerdos qui

Gre.

L

Sig.

dicitur sacra dās: denotat memo-
riaz. sacerdos iste. s. memoria de-
bet ligna preparare quibus ignis ac-
cenditur in corde et debent esse li-
gna pingua que sunt magis apta
succedi talia sunt ligna crucis. id
memoria proferendo cordi nostro
recordationem crucis et passionis
christi statim ignem cor nostrum et nunquam
extingui poterit charitas christi in no-
bis cum ipsa de se inextinguibilis
Aug. sit Aug. n. nouerat hunc ignem
nutrire in se recordatione benefici-
rum dei ideo. c. xvij. Soliloq. vj.
di. Ignis qui semper ardet et nunquam
extinguitur. Amor qui semper
feruus et nunquam tepescit unde mi-
hi verbum exprimat signa dilectio-
nis tue erga me propter innumera-
bilia beneficia quibus ab initio edu-
casti me. post beneficium nepe crea-
tionis quando in principio de nihilo
ad ymaginem tuam honorificas et
exaltas me inter eas creaturas
quas fecisti et nobilitas vultus tui
lumine: quod significasti super lumina
re cordis mei quo ab insensibilibus
et sensibilibus pariter discreuisti.
et paulominus ab angelis minora-
sti parum hic fuit ante conspectum
bonitatis tue. sed me filium adopti-
uum tuo sanguine singularibus
maximisque donariis tuorum benefi-
ciorum sine intermissione nutriti
hec Augu.

Excelsis misit ignem. et re-
pro. Nota quod ignis est ele-
mentum leuissimum. id loci

est ei superius naturaliter. n. hys a se
dere. Tanta est. n. acuitas sua quod dum
magis apta in qua possit agere et ap-
propinquat statim descendit ut in
ipsam agat usque ad formam suam intro-
ducendo si patet de vaporibus ele-
uatis per solem usque ad prope spe-
ram ignis ipse inflammat descendens
Spiritualiter quod Spiritus sanctus
naturaliter habitat in cellis et in beatis
animabus nihilominus tanta est
actio amoris illius: quod si aliqua cor-
da disposita inueniat in terris que
solis radio. i. fidei constantia sub-
leuet ad speciei superiorum altitudinem
statim descendit cor replens et se-
cundans per gratiam. Figura Luc. 1. 10.
pro. Cum Zacharias dimissa tur-
ba exterius ingressus fuisset ad al-
tare incensi descendit angelus et si-
bi nunciavit Joannem. Spiritua-
liter per Zachariam qui interpre-
tatur memoriam dei subaudi cor
deuotum quod iugiter diuina benefi-
cia cum gratiarum actione commemo-
rat. igitur intrans secretum mentis
ascendensque supra se versus celum
fide recta atque certa spe que non
confudit statim spiritum sanctum sentiet
descendere annunciantem sibi gra-
tiam. sed opus est ut turbatio so-
ris relinquatur. quia cor occupa-
tum turbine terrenorum sancti spi-
ritus gratiam recipere non valet.
Unde Gregorius in moralibus. 1. 1. 1. 1.
inquit nostra ad contemplanda inter-
na non produci nisi ab his que exte-
rius implicat semper. studiose subtra-

Fig.

Ser.

hatur. Igitur quos spiritus sanctus sic dispositos inuenit accendit. et for-
mam sue virtutis et constantie in eos
imprimat ut omnia valeant fortia supra
Bre. re. unde idem Bre. omel. xi. super
Ezechiel. tractans illud quod dicitur for-
tis est ut mors dilectio tua sic ait for-
tis est ut mors etc. quia sicut corpus
mors iterum sic ab amore rerum
temporalium eterne vite caritas occidit
illa que perfecta caritas absor-
buerit ad terrena foris desideria
velut insensibilem reddit neque
sensitibus quilibet pro domino morti po-
nisset in corpore si prius a terrenis de-
siderijs mortuus non fuisset in mente.

En comeditur ex eo cru-
dum quod Exo. xij. Mo. q. ci
bus continentibus delicatis
si crudus comedat comedentem le-
dit et offendit. si aptus erat coqui
coctus vero delectabilis est et bonus
ut patet de pullis et piscibus et alijs
multis. Spiritualiter nulla virtus
potest bonum nutrimentum dare anime
nisi igne caritatis coquatur. Illa
sicut cruda digerunt non valent ab
humano calore nisi prius digeruntur
igne. sic nulla actio potest pro-
gredi ab humana natura que quic-
quam valeat ad cibum meritorum
anime nisi prius ignis sancti spi-
ritus eam decoquerit. unde Hieronimus super
Lchor. xij. numeras fere omnia
optimorum genera subdit chari-
tatem autem non habuero nihil
sum. Figura Exod. xvi. cum filij
israel reciperent manna in deser-

to temptaverunt illud crudum comede-
re: sed gustatum relinquerunt tanquam
insipidum. et tunc precepit Moyses
illud decoqui igne. quod factum comede-
runt illud sapidum et bonum. imo fuit
aliquis omnem bonum saporum erat con-
tinens. Spiritualiter per manna ce-
lestium datum notantur opera nostra
que facimus que si bona sunt de
super sunt donata. cum fuit apoc. iij.
Lchor. iij. non sumus sufficientes
quicquam ex nobis boni cogitare: nec
dum facere. Igitur hec bona que
largiente domino facimus si in nobis
iumentur ignem charitatis optima
sunt et sapida ad nutrimentum vite
eterne. si vero fiant a nobis non ex-
stentibus in charitate magis ledunt
quam nutriunt. ut patet de scia que inflat et
hominem ducit ad elationem et sic de
alijs. Et ideo Ber. Lib. idigestus cor-
pus corrumpit: inflantem et idropicum
reddit. Si autem digestus fuerit nutrit
sic omnis virtus in stomacho anime idem
gesta generat malos humores ma-
li in quibus humores sunt mali mores.

In digito dei est cuncta omnia. Lu. xi. no. cum sunt mul-
te gentes et diuersae similes
quae velint quicquam illorum particulariter
cognoscere opter illud digito demō-
strare cum pronome demonstrati-
uo ubi gratia. In platea sunt. iij. pue-
ri. quod a te quis illorum sit filius pe-
tri. et tu respondeas mihi extendendo
indice ille est. Spiritualiter nulla
talium potest reperiri differentia discer-
nens bonos a malis quibus est chari-

tas illa ergo est que distinguit fili-
os dei a filiis dyaboli. Idcirco
xps de propria filiis ait. In hoc
cognoscet hoies qd discipuli mei
eritis si habueritis pacem adin-
uicem. & in hoc sibi opposit⁹ est
dyabolus qd sūme pre oibus bo-
nis odio habet charitates. Ideo
plus ad ipsius extinctionem co-
natur. Unde Grego. in pastoralis
Bre. Sicut nihil preciosius est deo ra-
tione dilectionis. Ita nihil est de-
siderabilius diabolo extinctione
charitatis. Unde subdit quisquis
eni seminando iurgia dilectionē
primoz perimit hosti dei fami-
liaris seruit. Ideo ex charitate
Fig. distinguit vtriusqz serui. Figura
Exo. viij. vbi legim⁹ qd magi pha-
raonis deficientes in tertio signo
clamauerunt digitus dei est hic.
Spūalr magi pharaōis sunt ser-
ui dyaboli. Verūtamē nō discer-
nuntia Moyse & Aaron suis dei
In primis duobus signis: quia
si quis peccat d⁹ patris potentiaz
fragilitate preuent⁹ remittunt si-
bi pctā. Iteruz si qd peccat d⁹ filij
sapientiā & sic ignorantia ductus
etiam remittit peccatum: dico sē
per pnia preuia. Sed si qd p ob-
stinationē voluntatis peccat ptra
bonitatē spūs sancti nec in presē-
ti nec in futuro remittit peccatū
& sic apparet qui sunt deficientes
virtutibus & in oī bono qñ. s. ad si-
gnum charitatis attingere nō pos-
sunt etiā quūcumqz multa alia fa-

ciant signa. An̄ Aug. sup Jo. ser. Au.
mone. lx. Alia munera mea hnt
vobiscū & nō mea non solū nām
sensum vitā rationē & eam salutē
que oibus peccatoribus cōis est
verū etiā linguas: sacram pphē-
tiam: scientiā: fidem: distributio-
nem bonoz temporalū pauperi-
bus: & traditionē corporis sui vt
ardeāt: s; qm charitatē nō habēt
nihil sunt nihil eis pdest.

Quis autē ipm precedet
I ps. xvi. Mo. tēpore no-
ctis nō est tutum ire sine
igne. rō est qd pōt cadere in uēta
fouea & in multa incurrere praua
accidentia sine remedio. Spūa-
liter vita nostrā pp enigmata hu-
mane cognitionis nocti pparat.
Ideo intutū est ambulare per ip-
sā precipue cū plena sit grauibus
accidentib⁹ sine lumine vel igne
charitatis. Ad hoc sō pi⁹ dñs lu-
men. s. spū sanctū nobis celitus
misit vt ab eo pteciū puenirem⁹
ad patriā. **Fig.** Exo. di. xiiij. Post-
qz filij isracl exierunt egyptū trā-
seuntes p mediu maris rubri: &
fuerunt in deserto: nesciētes quaz
viā tenerent: misit eis igneam
colūmā que nocte precedebat vi-
am lucens sup pplm. die vō pte-
gebat eos ab estu. Spūalr postqz
xps eduxit populū credentiū de
egypto inferni p effusionē vnde
crucis eius ne vagaret per deser-
tum hui⁹ vite plene diuersis pe-
riculis: misit tbi ignē, spūs sancti.

S

Sig.

quo protegeret nocte ab aduersi-
tibus tribulationibus multis.
et virtute luminis charitatis cogno-
sceret viam quam oporteret tenere
ut per multas tribulationes in-
trarent regnum dei de die vero pre-
geret ab incuria et demonio me-
ridiano quod populum christi nunc decepe-
re prosperorum successione. Igitur
charitas est omnimode duxitri-
x populi totius ad deum. Aug. de lau-
de charitatis. Charitas est actio
rectitudinis oculos semper habens
ad deum glutinam aiaz. societas fi-
delium. actio non frigida. actio non
fracta. non fugax.

De carne humana.

¶ Illa babilonis misa ps.
cxxxvj. quia per nimiam
sibi reputat perfusionem lap-
sum prope filie totum subiungit custo-
diam ipsi quousque viro suo tra-
datur. Sed cum interdum dicitur nul-
latenus in panis dimittenda est. Spi-
ritualiter caro humana est filia spi-
ritus propter maiestatem et reuerentiam
spiritus a deo data est sibi ut subie-
cta: sed confusio nimia redundat
in spiritum ex carnis peccato: ut spiri-
tus ipsam tenere sub iugo et nul-
latenus eidem indulgere peccanti

Fig. Jud. xi. cum Jephthe pugna-
set contra Ammon et ipsum debellasset vo-
tū deo vouit quod quicquid sibi occur-
reret redeunt a pugna domui sue
deo sacrificaret. Occurrit ei vni-
ca filia. Cui dixit decepit me filia
et tu ipsa decepta es: que post-

quam duobus mensibus cum so-
dalibus suis virginitatem suam de-
plorauit data est in sacrificium se-
cundum quod vouerat Jephthe. Spiritus
liter Jephthe interpretatur salus et de-
notat iustum salutem querens fortiter
diabolo resistendo sed habita
victoria in spiritum ei propria caro ob-
nat cupiens ipsum decipere et volū-
tatem inclinare: sed ipsa decepta: quia per
duos fontes lachrymas effundens
cum alijs sodalibus suis. i. cum om-
nibus alijs appetitibus sensitivis con-
primis. Et per membrorum mortifica-
tionem fit de ipsa sacrificium deo et
sic spiritus alleviatur: proprio carnis
onere: sententia fit ad pugnandum
contra diabolum et eius temptationes.
Sic igitur hec filia semper est mor-
tificanda donec viro suo. i. sepul-
chro tradatur. cruciatur ei in ieiun-
tiis: orationibus: vigiliis: et ceteri cor-
porales labores quibus mortifi-
cata fit deo acceptum sacrificium ex
ipsa. Unde Gregorius in moralibus. Bre-
Dum carnalis vita corrigatur et vs-
que ad abstinentiam atque orationis
studium a proficientibus pervenit quod
si in altari tantum caro incenditur et inde
in conspectu omnipotentis dei sacri-
ficius redoleat unde prius culpa
displicebat.

¶ Illi alieni mentiri sunt mi-
hi et ps. cxxij. Nolo quod nullum
maius periculum civitati vel
aciei vacanti bello est quam intesti-
na perditio. Ideo semper cavendum
est a simulatione proditorum quia

Bre

B

ipronifi magis ledūt. vnde dicit
 Ambro. de officiis. In cassū inqt
 Am. 3 exteriorez inimicos in campo
 bellū gerit si intra ipsa vrbis me
 nta citis insidiās habeat. Spūa
 liter vita humana est milita sup
 erram: qz cōtinue aduersari^o no
 ster diabolus tanq̄ leo rugiens
 circuit querēs quez venoret. opoz
 tet ergo continue resistere nos tē
 ptationibus suis sed primo calcā
 di sūt domesticū aduersarij. s. cor
 porales. sensus: q sunt spūs pro
 ditores. nā cū pleni^o infidelitatez
 confirmāt atqz pmittunt ̄susus
 in his spūs graui^o seducit. Ideo
 sic tractandi sunt atqz arcēdi vt
 Sig. fuisse nō aut ledere valeāt. Sign.
 Josue. ix. vbi legim^o qz gabaoni
 te: audita strage: quā fecerant Jo
 sue et populus israel de duab^o ci
 uitatib^o timore perterriti sub frau
 de et dolo miserunt nuncios ad
 Josue indumentis veteribus coop
 tos saccos veteres habentes cal
 ciamēta antiqua et fracta et panes
 durissimos et in frustra quasi ex an
 tiquitate fractos. Hi nāqz simu
 lantel per supradicta. a longinqz
 partibus missos dixerūt Josue et
 populo de longinqua regione ve
 nim^o pponere pactū vobiscū ne
 occidat nos nec faciatis qcqz ma
 li: nos vō amici vestri crim^o: et in
 terrogati an habitarent in terris
 quas dñs datur^o populo se spopō
 derat. Responderūt mentientes
 qz nō et tūc Josue et populus nō

salētes dñi impacti sunt cuz illis
 sed dū per tres dies ambulassēt
 filij israel inuenerūt eos habitare
 in terris eis pmittis a dño ac fu
 isse mentitos super oīa pmittis. et
 sic volentibus eos occidere filijs
 israel prohibuit Josue sed cōdē
 nauit eos isto modo. Et habitan
 tes in medio filioz israel portarēt
 aquā necessariā tam ad lauandū
 q̄ ad bibendū omni multitudi
 ni. Iterum cederent ligna et hu
 meris portarent quib^o tota multi
 tudo indigeret. Spirituallr Ga
 baonite interpretant valles messi
 cie et bene significat corporales sen
 sus i quos labūt omnia feda mū
 di. sunt enī sentina totius vite pre
 sentis. obiectis nāqz mūdi cadu
 cis et vanis statiz sensus illa susci
 piunt et mittūt versus spiritū: que
 si per consensuz recipiat labit ad
 vallem peccati atqz ad interituz
 lacu infernalis. Hi ergo videntes
 Josue et populū israel. i. spiritum
 et virtutes ei^o stragem facere: de
 suggestionibus et temptationibus
 mundi et diaboli timent hoc idēz
 fieri de ipsis per mortificationez
 et afflictionē penitēte. et sic simu
 lant se procul habitare a delecta
 tionibus vite presentis pretendūt
 enī suos appetitus esse antiquos
 atqz fractos et nullius valoris. p
 mittunt enim habitare procul ab
 anima nec impedire populuz vir
 tutum ab ingressu terre pmittis
 nis eterne vite. Hęc igitur om

nia spondent sub dolo & promittunt sub fraude. Consulendū eēt tunc dominū vt audirem⁹ cum dicētem per a postolū suū si e cūdū carnem vixeritis moriemini: sed spūs parcens corpori suo nimia compassione statim istud inuenit post tertiam diem suo itinēri obuiantem inuenit igit̃ Sa baonitas. i. corporales sensus p⁹ contritionem & confessiones & satisfactionem obuios atq; oppositos ad intercidendam viā ad patriam .i. ad perseuerantiam. Ex hoc. n. apostolus cōquerebatur dicens. Elideo aliam legem i mēbris meis repugnantem legi mētis mee & captiuantes me in lege peccati Sed tunc fit clamor filiorum israhel vt moriantur hi proditores q; clamāt sacre scripture doctores & membra & sensus corporis nostri mortificemus vt seruiant. Et tunc Josue. i. spirit⁹ hāc debet pferre sententiam vt oculi producant lachrymas necessariās ad saluanda peccata & ad inebriandū xpum. Itēz q; membra corporis ponēt super se signa crucis xpī quotiens necessariuz fuerit accendi ignē charitatis i vno quoq; bono opere quod egredietur ab anima & sic poterunt tute & sine periculo spiritus & virtutes eius habitare cū anima. si vō sic non mortificentur & que illis placita sunt ab eis non auferant. nequaquā valebit spiritus supernas

promissionis terram per contemplationem intrare. vnde Ricar. in libro de contemplatione. Nunquam inquit affect⁹ noster ad desiderium supernorū perfecte acceditur nec intellectus ad celestium contemplationem accuitur: nisi cura carnis etiam in licitis & necessarijs frequenter & fortiter repellatur.

Eiecit eos duz alleuarentur. ps. lxxij. Nota q; pnceps expertus pluries pditionem inimicorū nunq; d; de ipsis confidere immo sicut videt eos erigi statim debet eos opprimere ac taliter prostrare. q; nullam habeant amplius nocendi facultatem propterea scriptum est. de inimico tuo non confidas in eternum. Spiritualiter. Iudiciū rationis d; esse pnceps in nob & ad ipsuz spectat opprimere ipsas gnationes hostiles: que interdus sunt contra animam ne dum a mundo & a diabolo: verū etiam a proprijs corporalibus sensibus qui omni conatu student animā captiuare. Ideo potius debent comprimi & captiuari q̃ anima captiuetur. Figura Josue decimo. Vbi legitur q; obtenta Sabaoth per Josue quinq; reges cōgregatis exercitibus suis scilicet amozeorum venerunt deuastare ipsam sed tunc Josue ipsos debellatos persecutus est. Et facta oratione ad dominuz stetit sol q̃ dū

Ric.

L

Sig.

prostrasset magnā hostiū partes
 deinde grando celitus missa fere
 oēs occidit illos qui enaserāt gla/
 dium Josue. Et tunc Josue. v. re/
 ges captos collis eorum calcatis
 fecit suspendi in ligno et sic stare
 vsq; ad vesperū. Inde ipsos fe/
 cit prohiberi in speluncā et lapidib;
 cooperiri. Spūalr per Josue sub/
 audi rōnis iudiciū. per. v. amo/
 reor; reges. v. sensus corporales
 qui videntes gabaon. i. carnē rō/
 ni subiectas quā suā eē deputant
 congregatis suorū prauorū desi/
 deriorū exercitiis conant ipsas
 exterminare. i. extra suos termi/
 nos. i. spūs obuiā prohibere. S; Josue
 cōgregato exercitu dñi. i. i. i. i.
 teianio: abstinentia: temperātia:
 lachrymis: contritione: et. aggre/
 dit. v. reges in virtute xpī. et non
 eclipsat diuina gratia vt pugna
 i. pnia conterat magnam partes
 prauorū desiderior;. Reliqua vō
 occidit supernor; pteplatio. Mas
 que admodū grando vermes oc/
 cidit. Ita feda corporis dñideria
 contemplatio diuinor;. Quinq;
 vō reges calcatos p verā obedē/
 tiā Josue suspendit in ligno. quia
 v. corporis sensus configit cruci
 xpī stigmata iponendo illis. put
 apostolus se fecisse fatei. et hoc vsq;
 ad vesperā mortis. postmodū
 vō de ligno hui; mūdi depositi
 sūt plecti in speluncā. i. in foueas
 vel sepulchrū vbi vsq; ad diē iu/
 dicii morabunt. et Josue. i. spūit;

securus intrat cum exercitu suor;
 merito; terram pmissionis vite
 eterne. Sic igit; debet spiritus suo
 iudicio corporis sensus dñari ne
 se erigant et nisi sic subiciant aiaz
 suo pondere necabūt. vñ Greg. Gre
 in mora. Mos inquit gestam^o la/
 quum nostrū nobiscuz. Circūse/
 rimus inimicū nostrum: nostrā
 carnē de peccato natā in peccato
 nutritam. corruptā nimis ipa ori/
 gine. Sed multo amplius praua
 consuetudine conuictatam. hinc
 est q; tam acriter aduersus spūm
 concupiscit q; assidue murmurat
 et ipattens est discipline: qua illici/
 ta suggerit: que nec rationi obtē/
 perat nec vllō timore rubet.

Erucient maxillam Ju/
 dicis israel. Mich. v. B
 Plims est grādis auda/
 cie percūtēs iudicem suū ac dñs
 suū et ad magna se exponit picu/
 la verūtāme tanta est interdū sa/
 miliaritas et amor inter vtrūq;
 q; recipiens percussione nequaq;
 pcutit. vt p; de puero percūtēte
 matrē ac d; puella pcutiente p;ez
 Spūalr in familia aie d; esse iu/
 dex et dñs ipsum rōnis iudiciuz.
 Ma. n. taz aie q; corporis h; dir/
 rigere et iudicare: ac etiaz punire
 sed interdū in tantū est excecātū
 et amore. pp;e carnis preuentuz
 q; nihil de percussione sentit.
 interdū. n. suscipiens letum mor/
 talem peccati non sentit. Figura. Fig
 Eldre. ij. c. iij. Ubi legim^o q; ape

men filia Beçacis ꝑ cubina regis
sedens iuxta reges ad dexterā ause
rebat dyadema de capite ei⁹ & i/
ponebat sibi & palmis cedebat re
gē de sinistra manu & ore aperto
intuebat eū que & si arriserit ei ar
ridet rex. nā si indignata fuerit blā
dit ei donec reconciliet. Cōcludit
Sōtis & audax est mulier q̄ vicit
regē. Spūalr Aspemien filia Be
zacis. i. caro filia terre sedet ad de
xterā cū eius loc⁹ sit ad sinistras
elevant dyadema spūi & sibi iponit
eū iꝑerū qđ est rōnū iudicij sibi
vsurpat & spūs subicit ei. percutit
regem malo d̄siderio & spūs arri
det ei per consensū. Si indignat
non potens obtinere interdū illi
cita que cupit spūs illa operādo
que cupit recōciliat & sic miser spi
rit⁹ iudicio rōnis deposito mul
tiplici seruitute cruciat. An̄ Sen.
epi. xij. Multis inq̄t fuit q̄ suo
corpori seruet hui⁹ nūmis amor
nos timorib⁹ inq̄tat sollicitudi
nib⁹ onerat & ꝑtumelijs obicit.

Alier molesta erat ado
lescenti. Sen. xxxix. Mo.
tantā eē molestiā q̄ vxor
virū stimulat cū cupit q̄cquā ob
tere ab ipso q̄ fere repiri n̄ valz
q̄ possit se deffēdere. An̄ f3 Die
ro. Dabet nescio qđ latentis ve
neni caro femia q̄ sepe prudentio
res vili⁹ superant. An̄ Valerius
in ep̄a. ad Rufinū Jupiter inq̄t
rex terren⁹ qui etiā deus celoꝝ &
rex ꝑ strennitate singulari cor

poris incōparabilis mentis elegā
tia: post europam mugire coact⁹
est. Amice ecce quē bonitas sup
celos extulit femina brutis ꝑpara
uit ꝑsit & te femia coget ad mu
gitiū si nō es maior Ioue. Spūa
liter per feminā sic molestā sbau
di carnē humanā: que die noctu
q̄ spūi suis desiderijs tantū soli
citat vt relicto deo & cultu sacra
mentoz sc̄toꝝ illum ꝑhibeat li
bere in manu hostiū infernaliū
Fig. Jud. xvi. Dalida toties & tā
tū temptauit Sansonē fortissimū
viroꝝ q̄ ab eo elicit vbi vīres
ei⁹ consisterent. qui nimia ꝑuen
tus mulieris molestia dixit ei q̄ i
vij crinibus capitis que eo dormi
ente in gremio ei⁹ fecit illi radi cri
nes & perditis crinibus tradidit
eū in manib⁹ philistinoz qui sibi
erant inimici mortales. qui San
son ab eisdem tentus excecatur est
deinde precipitio domus interijt
Spūalr per Dalidā que interpre
tatur paupercula subaudi carnez
humanā. Que ꝑcunctis morta
libus creaturis in hunc munduz
aduenientibus ipsa indigentior ē
& nudior vt patet i primordio ei⁹
natiuitatis. qz cunctis animanti
bus nascentibus cū proprio indu
mento rinuenientibus gratis es
cam suam super terram ipsa mise
ra egrediens de vtero matris nu
da in labore & erumna cogitur si
bi acquirere victum & vestitum.
Hec igitur tam egens: tam mise

Fig.

13

ratam pauper in tantum fortissi-
 mum Sansonem idest spiritum
 quem nequaquam superare valet
 totus philistinorum idest demo-
 num exercitus molestat: ac etiam
 suis malis temptationibus sollici-
 tat: vt neglecto studio proprie sa-
 luti obdormiat in gremio corpo-
 ralis affectiōis: quo factio ipsa ab
 eodem excludit spūs sancti dona
 in quorum gratia tota consistit
 spiritualis virtus: et sic miser a
 demonibus excecatus atq; delu-
 sus moritur et damnatur morte
 demonum. Idcirco nisi fugiam⁹
 carnis affectiones anteq̃ nos sic
 seducat eternaliter moriemur.
 Id nullatenus est amanda que
 amatores suos qui ipsam colunt
 vt deum: et nullatenus cupiunt ip-
 sam derelinquere sic nouit deo p-
 mittente tractare. Unde Grego-
 rius tertio Moralium. Qui in-
 q; carnem suam deo preposuit in-
 dicante deo agitur vt ex ea ampli-
 us in igne crucietur hic itaq; re-
 linquere eam non vult: et tamen
 ab illa abstrahitur. Illic eam re-
 linquere appetit: et tamen in ea p-
 pter supplicia reseruat.

S Aliter autem preciosam
 animam viri capit. pro-
 uer. vi. Nota q̃ tanta est
 mulieris astutia atq; audacia. q̃
 cum vult quasi impossibilia facit
Et. et agit. vñ Haler. ad Rufinū. Stu-
 dax est inquit ad omnia quecum-
 q; amat et odit femina et artificio

sa est nocere euz vult. Sed ne lo-
 go sermone te supēdam lege Eiu-
 reolum Theophasit et Medeeaz
 Jasōis et vix pauca inuenies im-
 possibilis mulieri. Spūal' tanta
 ē spurcicia carnis hūane. et adeo
 in suis desiderijs potens est incli-
 nare spiritum ad eius voluptatū
 contagium: vt quasi nihil impos-
 sibile sit ei. Idcirco multos prastra-
 uit dyabolus illa preuia quos nū-
 q̃ sine ipsa vincere potuisset. Id
 circo cutus spiritum non potest
 ipsa temptatione decipere illam
 sibi studet adiutricē habere. **Fig.**
 iij. Reg. xxij. vbi legimus q̃ cum
 Acab. rex israel vineam Haborth
 appeteret sibi vniri pro hortu ole-
 rum nec ipsam obtinere possēt
 cio ab ipso Haborth dicente quo-
 niam paterna hereditas eius erat
 proiecta se ad lectum dolore ple-
 nus. Quem cum sic eū aspiceret
 tristēm Jezebel vxor eius inuesti-
 gata causa doloris statim scripsit
 epistolā. Et captus Haborth ad-
 iudicaret morti testib⁹ falsis me-
 dianibus et sic factum et lapidat⁹
 est a populo illa procurante cui⁹
 vineam possedit postmodum.
 Acab libet. Spiritualiter subar-
 di per Haborth liberum arbitri-
 um iudicio rationis regulatum.
 per regem Acab nota dyabolum
 qui cupit de vinea nostra idest d'
 anima nostra facere hortum ole-
 rum. vt sua animalia bruta idest
 suggestiones ac temptationes ne

Fig.
de
vij.

phandas sibi pascat ac nutriat. Tē
 ptat igitur diabolus precio emē
 re vineam nostre anime: cuz no
 bis promittit delectationem pec
 cati, cui si per consensum respon
 demus iam factum anime no
 stre forum & sic preciosam vine
 am quam dominus plantauit &
 redemit suo precioso sanguine tā
 vilissimo vendimus precio. Cuz
 vō respōdet fidelis nequaquā vē
 dam animam meā que est pa
 terna hereditas ad ymaginem
 dei conditam que est Christi co
 heres in celesti regno. Cruciaur
 tunc diabolus non valens obti
 nere cupita. Nō habet vnde pas
 cantur hostiles ac brutales sug
 gestiones sue. Conqueritur. Ze
 zabel interrogat causam sui cru
 ciatus. Dicit enim. Ecce non con
 sentit Mabothe mihi vendere vi
 neam. renuit delectationem quā
 sibi ferebam in precium que re
 dundabat in te. Quid faciam
 nisi me iuues mortar. Et tunc Ze
 zabel que interpretatur sterquil
 nium idest humana caro colle
 ctis duobus testibus iniquis atq;
 mendacib⁹ scilicet presumptione
 indiscrete venie & spei longioris.
 Zabet lapidari rationis iudicem
 idest pcti duritie cooperiri. Quo
 mortuo in peccato diabolus ani
 mam libere possidet carne misa
 procurante. Et sic patz q̄ misera
 ac pessima ac detestabilis sit pu
 trida caro humana que non ob

stante nature eius enormitate fe
 tida tam grauis p̄sumit agere cō
 tra spiritum. hoc est quod plorat
 Inno. de vilitate condictiōis hu
 mane di. Quis det oculis meis
 fontē lachrymarum vt fleam mi
 serabilem condictiōis humane
 ingressum: culpabilem conuersa
 tionis progressum damnabilem
 dissolutionis egressum. Conside
 remus enim cum lacrymis de q̄
 factus sit homo. quid facit homo
 & quid facturus sit homo: Sane
 formatus est de terra. conceptus
 est in culpa. natus est ad penam.
 Agit praua que nō licent. turpia
 que non decent: varia que nō ex
 pediunt. Agit praua quibus offē
 dit deum: offendit proximum: offē
 dit seipsum. Agit turpia quibus
 polluit famam: polluit consciē
 tiam. Agit vana quib⁹ negligit ice
 ua. Negligit vtilia: negligit neces
 saria: fit cibus ignis qui semper
 ardet & vrit inextinguibilis. Escā
 v̄mis qui semper rodit. semper
 comedit. immortalis massa pu
 tredinis que semper fetet & soz
 det horribilis.

Euēniat regnum tuum.

Mat. vi. Semp hered
 tarie debet regnum legiti
 mo filio. Ideo ne iurgitū sit post
 mortem patris cōsuevit pater co
 ronare ante mortem futurū regē
 qz tanta est proteruitas aliquorū
 q̄ q̄rūcūq; nouerint uō illis re

Inn

S

gnum deberi nihilominus per phas
 et nephas studet illud usurpare et
 subripere illi cui recto iure debet.
 Spiritualiter regnum hominis at-
 que imperium debetur spiritui et non
 corpori. Ratio est quod spiritus est si-
 milis dei per quaedam similitudinem.
 corpus vero sicut sit plasma dei est tamen
 de limo terre. Ambo ergo fratres
 sunt. scilicet spiritus et corpus non eius-
 dem tamen matris. scilicet materie. quod cor-
 pus de terra. spiritus vero non de
 terra sed ad similitudinem dei fac-
 tus est. Nihilominus tanta est ali-
 quando ipsius corporis ambitio
 ut in detrimentum spiritus velit re-
 gnare: et sibi regnum nequiter
 usurpare. Ideo ipsi nequie ob-
 uianum est. *Figura. iij. Reg. pmo.*
*Senescente David qui ordinave-
 rat Salomone sibi succedere in
 regnum surrexit Adonias filius
 Igid. et assumptis quinquaginta
 viris sequentibus dicebat. Ego
 regnabo. Sed tunc Bersabee ma-
 ter Salomonis puera Mathaz
 prophete filio conquesta est Da-
 vid regi. quod Adonias frater Sa-
 lomonis vellet sibi regnum ascri-
 bere contra decretum regium. Et tunc
 rex David fecit ungi Salomo-
 ne in regem et poni super mulam suam
 et sic duci per terram clamante po-
 pulo. Uniat rex spiritualiter per
 David subaudi christum. per Salomo-
 nem filium Bersabee subaudi spi-
 ritum. Nam interpretatur puteus
 satietatis. Nam spiritus humanus est*

vas et puteus capax glorie in qua
 consistit eterna satietas. unde in p-
 sona prophete loquitur in psalms. Sa-
 tiabor cum apparuerit gloria tua.
 Adonias filius Igid significat cor-
 pus filium terre. Igid interpretatur
 advena per quem subandi carne
 ipsa que est advena et extranea ab
 omni spirituali substantia. Logre-
 gatio igitur quinquaginta viris. scilicet quinquaginta
 sensibus corporis pugnantibus contra decem
 precepta decalogi nititur super spiritum
 abusive regnare et contra decretum christi
 quod dicitur. Si in carne vixeritis
 moriemini. Sed tunc Bersabee
 i. celestium contemplatio Salomone est
 dicit ad christum. qui cum ungitur gratia
 qua superat et vincit corpus et ascen-
 dente Salomone. scilicet spiritu super
 equum regis. scilicet passionem christi vel cru-
 cem per meditationem clamant omnes vi-
 res anime. vivat spiritus. deposti-
 tis appetitibus sensitivis corpus
 efficitur spiritui subditum atque obe-
 diens. Igitur patet quod corpus ni-
 mis impinguat spiritum nititur sup-
 plantare. Ideo obviandum est ei
 opportunis remediis. *vñ. Orig. super leuit. omel. viij.* *Or.*
 Nescitis si
 corpus vel carnem nutritis et ip-
 sam frequenter molite ac iugi deli-
 tiarum fluxu foueatis insolecet
 necessario adversus spiritum et for-
 tior illo efficitur. quod si fiat sine du-
 bio in ditionem suam redactum
 spiritum cogit suis legibus et vicibus
 servire. Si vero ad ecclesiam frequen-
 ter venias aure literis divinis ad-

Fig.

Or.

moderas explanationes manda-
tori celestii capias. Sicut cibus
& delictis caro. Ita spiritus vobis
diuinis pualescit & robustior esse
ctus carnem sibi parere cogit ac
suis legibus obsequi.

D n crescas q̄ ascendisti
n cubile p̄ris tui. Se. xlix.

Fig. Non fuit aliquo tempo-
re concessum vt possit nec debe-
ret filius assumere vxorē vel con-
cubinam patris. Ideo p̄facienti-
bus semp instabat vindicta sicut
de Ruben p̄iogenito Jacob. q̄
ex h̄ a patre antecedētī b̄ndictio-
ne p̄iuato p̄. Sp̄ialiter corpus
nostrū hanc voluit seruare regu-
lā. p̄o debet legis p̄ca puniri. Si-
gura. iij. Reg. ij. postq̄ Adonias
repressus est atq̄ coactus regnū
fratri suo Salomōi dimittere or-
dinante Dauid patre suo conat⁹
est arripere Abisaac sunamitem
concubinam patris sui Dauid. Ij
Dauid nō cognouisset eā. Et tūc
Salomon rex indignatus super
scelus fratris sui misit banata se-
cit Adoniam interfici. Sp̄ialiter p̄
Adoniam qui p̄ fratrem suū satta-
gebat regnare subaudi corp⁹ qd̄
sepe aduersus sp̄i⁹ enormiter cō-
cupiscit. per hanc concubinā sub-
audi sensualitatem. & omniū sen-
suum potentiaz. Igitur h̄ dormi-
uit cū patre nostro xp̄o quia ipse
fuit verus homo habēs sensuali-
tatem & omnium sensuum poten-
tiam hanc tamen nunq̄ cogno-

uit pro aliqua voluptate: quoniam
nec visus vana nec auditus tur-
pia nec odoratus incongrua nec
manus inhonesta p̄cepit nec os
loquutum est dolum nec eius glo-
riosissimū ac sanctissimū corp⁹
unq̄ coinquinari valuit. Vnde
ergo Adonias statum patris. i.
animā maculare cupiens carnis
delectamēta ac voluptates exer-
cere quibus nūq̄ vsus est pater
Abitt Salomon Banataz qui
interpretatur responsio eius & be-
ne denotat punitionē debitā qua
respondetur fatuo corpori f̄z ei⁹
fatuitatem. Occidit ergo p̄ mortifi-
cationem mēbroz q̄ facta Sa-
lomō. i. sp̄s regnat in pace vt vl-
ctor & fortis pugnator. hac ergo
fortitudine vtendū ē si cupim⁹
carnis vicia triumphare & laudari
de vera fortitudine. vñ Grego. Str.
viiij. moral. Justoz fortitudo est
carnē vincere: pp̄ijs voluptati-
bus p̄hire. delectationē vite pre-
sentis extinguere. hui⁹ mūdi aspa-
p̄ eternis penis pensare vel ama-
re. p̄sp̄ritatis blādimēta p̄tēnere
aduersitatē metū i corde supare.

Onia subiecisti sub pe-
dibus eius. ps. viij. Nō
solū sunt hoi nociva aia/
lia multa ex ppagatione nascen-
tia in terra. sed et qdā ex terre pu-
tredine vel putrefactione proge-
nita. vt scorpiōes & q̄ plures ver-
mes continentes vcnenum. ve-
rum quia homo superat omnia

Astuta et ingenio, non facile omnia mala precauet. Spiritually tot sunt suggestiones et temptationes dyaboli que nascuntur in carne nostra terrea: non solum ex propagatione dyaboli et mundi sed etiam ex putredine et infectione ipsius carnis infestantes et concupiscentes aduersus spiritum: quod statim ipse spiritus infectus subvertet nisi quod dominus subiecit omnia sub pedibus eius per liberum arbitrium rationis lumine regulatum. **Figura** Gen. primo. ubi dominus ait producat terra quadrupedia et bestias secundum genus suum et factum est ita. Et post modum sub hominis dominio illa constituit ut dominetur illis etc. Spiritually ter subaudi per terram humanam carnem infectam peccato primorum parentum pro cuius pena promissa est generatrix esse multarum brutalium culparum germinat. nec sui corruptione quod plures concupiscentias sedas est preter illas que dyabolo suggerente et mundo promouente serpentina et feralia proagiam produciunt in ipsa. sed sub hominis potestate est illa respicere atque vitare immo si velit homo viriliter dominari ut rectus iudicat ordo iuris: illa omnia reperiet ad iuuenam. Nam omnia que fecit deus bona sunt si homo illis bene utatur. pro eo quod facta sunt et que ad modum facta sunt. et contra deum totum potest homo patienter ad deum. unde Aug. in li. Solilo. Si inquit subiecisti sub pedibus hominis ut solus homo tibi subiceret et ut tu

us esset totus homo super omnia tua dominatus est homo. Exteriora nempe cuncta pro corpore creasti. ipsum vero corpus pro anima. animam vero pro te ut tibi soli vacaret ut te solum amaret possidens te ad solatium. Inferiora vero omnia ad seruitium. Si igitur utamur his omnibus nedum nos ledent sed iuuabunt ad salutem.

Et cadaveribus eorum ascendit fetor. **Isay. xxxiii.** Alique enim auerunt a deo diligentes cadavera quod percepto fetore per eius vestigium deuenientes ad cadaver obliuiscuntur loci ubi fuerant educate. Ideo relicto illo nidificant et pulificat iuxta cadavera. Ideo semper iuxta patibula corum reperiuntur. Nam summe cornu cadaver diligit ut possit eo vesci. Spiritually carnales homines in tantum diligunt corporis delectamenta ut semper eant post vestigium concupiscentie se de quousque perueniunt ad actus peccati. Et tunc regionis penitentie oblitum requiem et gloriam suam atque felicitatem totam ponunt in corpore collentes illud ut deum. **Figura** Gen. viij. Coru exiit de archa et inuento cadauere ibi mansit nec amplius est ad archam reuersus. Spiritually coruus qui semper procrastinat significat carnalem hominem nolens cadaver relinquere quousque sint ibi carnes quia homo lubricus ab effectio

Fig.

Aug.

R

Fig.

ne non vult desistere quousque ca-
ro viuat. Craslinat enim de die i-
diem penitentiaz nec reddere cu-
pit ad electorum societatem in-
uenta detestanda putredine in qua
isfelix enormiter se submergit q-
niaz nihil est in presenti vita hor-
ribilius humano corpore Augu-
stinus in libro Soliloquior. c. ij.
Ego cadauer putridum esca ver-
mium. vas fetidum. cibus igniu-
abilis tenebrosa. terra misera.
vas aptum ad contumeliam ge-
nitus in imunditia. viuens in mi-
seria. moriens in angustia. **Deu**
miser quid sum ego et quid futu-
rus sum. vas sterquilini. cocha
putredinis. plenus fetore et abho-
minatoe. cecus. pauper. miser. et mi-
serabilis.

Licut onus graue grana-
te sunt super me. ps. xxx
vij. vulgo dicitur qd res
non potest bene eque cognosci si-
cut per oppositum eius. Nunq-
scit ho qd pretiosa res sit sanitas
nisi quando infirmat et sic in alijs
bonis. Et hoc apparet in rectori-
bus terre in quibus sepe vulgus
mutationem desiderat que inter-
dum in eius redudat malum si-
cut fabulose dicitur de ranis que
rennentes trabem receperunt ser-
pentem eas deuorantem. Spiri-
tualiter nunq- homo cognoscit
valitudinez diuine gratie nisi cum
illa priuatus cadit in seruitutem
peccati. **Primo** naq- liber erat

sub lege placida et suau. Post-
modum vero illam fastidians ca-
dit in tyrannicam seruitutem **Si**
gura Exodi. pmo. **Quadum** vixit
Pharao q cognoscebat Joseph
populus israel liber fuit in egipto
in omni sua pditoe. **Sz** eo mor-
tuo surrexit ali- Pharao q igno-
rabat Joseph q populū per egi-
ptuz disperfit ad colligendas pa-
leas et multiplici tribulatioe affli-
xit. **Spiritualiter** Pharao q co-
gnoscit Joseph est indicinz ratio-
nis qui cognoscit xps. **Quamdu**
igitur iste Pharao regnat in ho-
mine populus tuus. i. vtutes ani-
me et sensus corporales sunt sue
libertatis. sed hoc rege mortuo p-
peccatum surgit alius rex. i. sensi-
tius appetitus qui xpm penitus
ignorat eo q diabolica potestate
fouetur. **Ideo** populus diuersis
oneribus grauatur. **Tren. primo**
Erigilauit iugum iniquitatu mea-
rum in manu eius puolute et im-
posite sunt collo meo. infirmata
est virtus mea. dedit me dñs in
manu de qua no potero surgere
Dispergitur ergo popul- per egi-
ptum quia ta anime vires q- sen-
sus corporis ad diuersa atq- gra-
uia seruitia dispergantur ad q- ipe
appetitus diuersa appetedo vicia
tubet per prauuz exercitiū dispi-
gi. **Ideo** Aug. iij. li. de ciuitate dei. **Aug.**
Balus inquit no solum vnus
hominis sed q- peius est tot vo-
minorum quot victoru est seru-.

NB

Rit p suauit odore fetoz
 3a. iij. In oibus fensi/
 bui pigit aliqui error: ex
 potentie infectione. Nam vt' of
 oculis egris odiosa e lux q puris
 est amabilis. Ita pot' dici e v ex
 est: q' infectis narib' odor displicet
 e' fetoz placet. Spualr ex con
 formitate q' pfederat' pctoz: eos dia
 bolo bona opa illis fetet' e' turpia
 atq' enormia placet. No si q's ta
 les velit ad pniaz renocat' displicz
 q' si si q's eis p' beat fetida atq' ur
 pia odoranda. Figura Exod. v.
 Cu' Moyses ex p'cepto dei vel
 let pplm de egyptiaca seruitute li
 berare vel educere videns ppl's
 Pharaone iratu' ceperut clama
 re sup Moysen e' dicere fetere
 fecisti odore nrm cora Pharao
 ne ex quo locut' es de nro exitu
 egyptij permittebat. n. nos come
 dere carnes cepe e' alea. Nunc
 aut postq' cepisti tractare hoc af
 fluxit nos durissime. Spualr q'
 dia ppl's peccatoru' est in peccati
 tenebris exercis p'prias volupta
 tes carnis e' permanet in fetore
 aleoz e' cepe libidinis Pharao
 i. diabolus inde suscipit magnu'
 suauitatis odore' dimittit eos sic
 sordescet velut sues i volutabro.
 e' miser pctoz oculos hns infectos
 no' p'cipit vbi manet. Mare h3
 e' no' odorat. cu' vo Moyses. i.
 diuini vbi p'dicator: huc pplm ni
 titur ab hmoi fetore educere sta
 tum furit Pharao e' vga oppel

Sig.

lionis conat' ppl's detinere armat
 se stati vt obuiet pnie ne pdat q's
 possidet Bre. xxiiij. moza. hostia Bre.
 noster q' to magis sibi nos rebel
 lare p'pic' tato magis expugnaf
 p'cedit. eos. n. debellare negligit
 q's quieto iure se possidere sentit.
 sed cu' sic carnales hoies vocati
 ad pniaz se pullari sentiut memo
 res quietis p'terite q' in sordib'
 pcti habebat no' valentes imo no'
 volentes p salute eoz quicq' susti
 nere laboris clamant q' Moysen
 i. p'p'dicator' e' p'fessor' e' p'filiu
 tor' eis bona facere suadent. imo
 clamant q' xpm eoz salute q'rent' e'
 fetere fecisti odore nrm. q' seceba
 mus in voluptatib' nris. diabol'
 vo no' molestabat nos. Nunc aut
 angit ieiuniu'. coturbant vigilie.
 frangit ofones. attediant p'dica
 tiones. vrgent nos diabolice sug
 gestiones. Quid faciem': meli'
 e' stare in egypto pcti q' tata pati
 aduersa. O imperfecta potentia. O
 ceci e' sine lumie in tenebris abu
 lates vhe vobis ponetes lacez te
 nebras e' p tenebris luce' sumetes
 Aug. i soliloquo. vhe dñe caligant
 bus oculis q te videre n' pnt. vhe
 auertentib' oculos vt no' videat
 veritate. Nequeut. n. oculi tene
 bris assueti sume vitar' radios i
 tuert nec sciut d lumie aliqd est
 mare quoz e' in tenebris hitatio.
 Tenebras vident tenebras ap
 probat. Tenebras displicut de tene
 bris cutes i tenebras nesciut vbi

An.

corruat miser nesciunt quod amittunt
quoniam cadunt apertis oculis et de-
scendunt in infernum viventes.

¶ De corpore xpi.

21 **p** **ps.** ciiij. Inter omnes cibos
panis est viatoribus utilis
quod bene nutrit et non grauat et bene di-
gerit. Specialiter nos sumus ma-
gna itinere viatores. Hanc via non
stra includit duobus terminis mul-
tus distantibus. scilicet terra et celo. Non
indigemus refectione bene nutriente.
Nulla igitur talis potest esse qualis est
corporis domini nostri iesu christi. **Jo.** vi.
Si quis manducaverit ex hoc pa-
ne vivet eternum. Alia. n. cibaria
granant. Iste autem panis adeo con-
firmat viatores ut repulsis cunctis
periculis icolumen producat ad pa-
triam. **Figura.** iij. **Reg.** xix. **Delia**
as fugiens familiam **Jezebel** a qua
inissus erat occidi sicut ceteri pro-
phete pre magna lassitudine sub
arboze. **Iuniperi** obdormiuit. et
ecce angelus excitavit illam a som-
no dicens. Surge comede. gran-
dis. n. tibi restat via et excitatus
Delias respexit ad caput eius sub-
cineritum panem. quod comedit et bibit
aquam et ambulavit in fortitudine
cibi illius. **xl. diebus.** et **xl. noctibus**
vsque ad montem dei ubi ipse deus
sibi apparuit. Specialiter dum iustus
fugiens montem culpe que omnes nunc
occidere facit aliquando prostratus ex fra-
gilitate sub aculeis punitis vite qui
bene per umbram **iuniperi** presentis

signatur. **Ibi.** n. si multo tempore mo-
raretur a familia culpe percussus
periret. debet igitur inde surgere a
divini verbi predicatorum excitatus
qui ostendit panem refectionis quem
si cum aqua **lachrymarum** assumat
devote vitam hanc grandem securus
ambulans preveniet eterne beati-
tudinis ad montem in quo bene placitum
est deo habitare cum suis sanctis
electis. et ubi ipse celestis panis
cum sanctis reficit eterna visione. hanc
esuriens beatus **Anselmus** fatigatus
itinere vite presentis humiliter pe-
tebat in suis meditationibus dicens
Ecce animus meus fatigatus veniens
de via cogitationum ab ipsis per quos
transierat vanitatibus per multa divi-
sas periculosas patitur esurire. **Non**
habeo quid ponam ante illum paup-
sum et egenum. **O** divites omnium bo-
norum et vaporem superne societatis
opulentissime largitorum deus. da lap-
sum cibum. collige dispersum. libera ca-
ptivum. reintegra scissum. en stat ad
hostium et pulsat obsecro per viscera
misericordie tue quibus visitasti
nos oriens ex alto. **Iube** pulsantem
misero aperiri. ut liberis gressibus
ingrediatur ad te et requiescat in
te et reficiatur de te celesti pane.

¶ **¶** **¶** comedam suspiro.

a **Job.** iij. Dicunt auctores
medicines que ponere in sto-
machum cibum indigestum super indige-
stum est diminutio vite. **¶** **¶** **¶**
sed cibum sumat primum digerit.
ut stomachus expeditus a primo

liber possit intendere super sedz
 Spūaliter cibus iste bñdictus i
 stomacho aie non est ponēdus
 nisi per pñiam digesta sit ois por
 culpa. Nulla.n. debz in aia rema
 nere vite pñtis affectio vbi dz po
 ni toni^o mñdi pfectio. Sig. iij. re.
 xxij. Josias noluit qd fieret phase
 nisi pri^o iudea purgaret ab ydo
 latria. purgata vō cepit fieri pha
 se. et nota qd phase erat festū eius
 agni in pmemoratione exit^o egypti.
 Spūaliter precipit dñs prius
 purgari aiam per pfectionē ab oi
 terrena cupiditate que est ydolo
 rum seruitus. et postmodū facef
 phase. i. sumere agnū imaculatū
 i. corpus dñici cui^o passione libe
 rati sum^o ab egypto inferni. Lo
 medebat. n. agn^o ille cū lactucis
 agrestitibus et nos semp illū debe
 mus sumere cū lachrymar^o ama
 ritudinē memores existētes ama
 ritudinis et penar^o quas pro no
 bis est passus. Unde Tren. iij. ex
 hortatur nos dñs dicens. Recor
 dare transgressiois mee absintij
 et fellis. Sic igitur prius purgan
 da est cōscientia ne multiplicata
 inueniatur cibo extraneo et indu
 catur mortalis infirmitas. Unde
 Cris. Criso. omel. v. super Mat. Cor
 poralis inquit cibus cū ventrem
 inuenit a diuersis humorib^o oc
 cupatū amplius ledit magis no
 cet et nullū prestat auxiliū. Ita et
 ille spūalis cibus si aliquē reperit
 malignitate pollutū eum magis

pdet n̄ sua nā sed recipiētis vicio.
 Or vidue solatus sum
 c Job. xxix. Pator ē ele
 mosyna que fit vidue q̄
 q̄ fit nupte. e quanto maior est re
 cipientis indigentia tāto ampli^o
 est dātis gratior elya. Ideo deus
 sūme misericors pf dō orphanor^o
 iudex viduar^o. ps. Pupillū et vi
 duam suscipiet. Spūaliter pecca
 trix aia dicit vidua qz ex culpa p
 didit vfrū suū. s. libez arbitrium
 quo erat secūda. sed eo pdito om
 nib^o bonis remanet destituta. co
 gitur. n. medicare ac medice viue
 re nec hoc retinere debet melius
 est mendicare q̄ mori. Mendic
 cat. n. aia peccatrix cū in peccato
 existēs suspirat audire verbū dei
 et pro tanto mendice recipit quia
 apta non est illud susceptū opere
 pficere. Nā si apta esset illd exeg
 grandes inde reciperet mercedē
 quia foret beata. Luc. xi. Beati q
 audiūt verbū dei et custodiūt illd
 Nihilominus post verba predi
 catoris vadēs aliq̄d precipit nutri
 menti: quousqz misericors deus
 de plenitudine sue gr̄e sp̄az reuo
 cat ad salutē. Figura Ruth. ij. et
 iij. vbi legimus qd ipsa Ruth vi
 dna excitata a Moemi soeru sua
 ibat ad agrū Booz colligens spi
 cas post terga metentium quam
 cum vidisset Booz cōpassione
 motus illius paupertatis pforta
 uit eam. di. Nequa q̄ timeas col
 ligere spicas in agro meo. nec ali

Sig.

Cris.

L

Sig.

bi spicas collectura accedas tan-
tum in agro meo collige. et cum
hora vesendi fuerit cum messi-
bus meis comede tingens bucel-
lam tuam in aceto cum illis. Tan-
dem cum appropinquo suo iure
hereditario renueretur recepit eam
Booz in sponsas. Spūalr Booz
interpretatur fortitudo et denotat
xpm. ps. Tu potens es et q̄o resi-
stet tibi. p. Ruth. q̄ interpretatur
defectio subaudi peccatrice aiā
cum omnia bona ut dictū est de-
ficiunt. habet tñ aliam interpreta-
tionē q̄ dicitur festinās q̄ multas
in peccatrice aiā requirit et est uti-
lis. Socrus nāq̄ istius est p̄ciē-
tie infestatio. Excitat. n. cōsciētia
ire aiā ad agrū sancte scripture
ut audiat p̄dicatores pandētes et
nunciātes viā venie et misericor-
die. Idē. n. sunt messores agrī dñi
ei quibus dñs precipit ut spicas
multas tribuāt quas possint pec-
catores colligere. Tandē peccatri-
ci aiē suadet p̄ bonas ispiratiōes
ut illas colligat. i. ut bona verba
illa audiat ope compleat. ut cum
venerit hora sumendī cibū sacra-
menti corporis eius illa possit su-
mere cum ministris altaris. S3 ad-
uerte q̄ dicit ut intingat bucellā
in aceto. vbi not. q̄ oē bonū qd̄
agimus aut qd̄ agere valemus
adeo ē modicū ex pte faciēti q̄
nō nisi bucella. i. minima res vo-
cari pōt. Igitur ne ex nostris mi-
nimis q̄ agim⁹ bōis gliemur ina-

niter dicit dñs ut illā intingam⁹ in
aceto passionis sue ut illi nra bo-
na minima p̄parantes cognosca-
mus nos iustiles seruos eē et dica-
mus cum Job. Si voluero me ius-
tificare n̄ potero ei r̄idere vnū
de mille. deinde ip̄e xps de v̄tute
in v̄tutem aiā ipsam deducēs
 possis facere? verū tamen in pin-
 guedine terre erit tua bñdictio.
 Spūaliter per Esau & Jacob filij
 ysaac denotant diuitem & paupe-
 rem qui simul exeunt negociari
 in vitam presentem. ysaac. n. qui
 rīsus interpretatur xp̄s est qui est
 gaudium angelorū & hominū &
 q̄ amboꝝ factor & creator dī. vñ
 diuites & pauperes obuiauerūt si-
 bi in via vtriusq̄ aut creator ē &
 domīn⁹. Sed vide q̄ Esau p̄io
 geniturā vendidit cibo villi. Esau
 interpretat̄ vanus. Quis vanior
 q̄ insipientior eo qui pro taz vi-
 libus preciosa amittit. Hos tales
 Je. plorat in trenis dī. Dederunt
 inquit preciosa pro cibo ad reso-
 cilandas animas: ad refocilādas
 inquit non autem ad sacilandas.
 Quicq̄ potest homo in vita p̄-
 senti diuitiarū obtinere nequaquā
 mīnīmaz partē appetitus anime
 & alet satiare. Et nihilomin⁹ va-
 nus iste vana talia potius eligit
 q̄ celestia in quib⁹ est plana sa-
 cietas. Ideo semper est in angu-
 stia. vnde ysidor⁹ in solilo. Quā-
 nis glōz in seculi gloria fulgeat:
 q̄uis purpura & auro q̄ resplen-
 deat. q̄uis cultu precioso redimi-
 tus emineat. semper tamē in pe-
 na est. semper i angustia. semp i
 merore. semper in discrimine q̄
 nis in sericis stratis cubet. s; tur-
 bidus in plunta iacet sed palid⁹.
 In lectis aureis s; turbat⁹. Bre-

nis est huius mūdi felicitas. In
 his ergo vanus homo portiones
 suaz petit sed Jacob. i. paup por-
 tionem suam sibi dari petit in
 terra viuentium. vbi rubigo non
 maculat nec tinea corodit hic
 nil habet. Ideo sibi recipit bñdi-
 ctionem de roze celi q̄ terrenam
 glōriaz nō quesuit. diuiti v̄o dī.
 In pinguedie terre. i. in terrena
 substantia tua benedictio sit nō
 aliud petas. habes q̄ voluisti.
 Tolle quod tuū est & vade. Erue
 baris diuitijs: pauper v̄o colucta-
 batur cū paupertate. Non decet
 repetere quod semel vēditū est.
 Non potes habere mūdū & celū
 o dīues. q̄ non potes hic deo ser-
 uire: & mūdo. vnde idem ysidor⁹.
 li. preallegato. valde rarū est vt q̄
 diuitias possident ad requiem tē-
 dant. Qui reb⁹ terrento se impli-
 cat a dei amore se separat. Qui i
 rez temporalitū amore defigit in
 deo nullaten⁹ delectatur. Nemo
 pōt amplecti dei glōriam & seculi
 simul. futura merces non hic p̄-
 mittit iustis sed in celo. nō in ter-
 ra merces promittit̄ sanctus. Hec
 ysidorus.

¶ De penitentia.

Quisi sunt ab ira vult⁹ ei⁹
 d ps. liiij. Prudēs dur ex-
 erctus dī transducit mī-
 lites per terram inimicōꝝ diuidit
 exercitū suū p̄ acies ne simul toti
 exercitu possit ruia p̄fringere si ca-
 su frāgāt acies: & procedāt semp

aliqui fortiores vt meli⁹ possint su-
stinere pondus ferientiu & hostiu
penetrare cunea. facile enim e vi-
ctoriam prosequi iam inceptam.
Spūaliter nos oportet trāsire de
presenti vita ad futurā. Inter q̄s
frequenter hostes nostri. s. demo-
nes nos satagūt impugnare. Mos
vō q̄ exercitiū nostrū ducim⁹ no-
biscū debem⁹ vt prudētes duces
illū diuidere ab inuicem & corpo-
ralia a spūalib⁹ segregare ne tot⁹
homo simul subcūbat. debet for-
tior exercitus precedere qz quesūt
anime debēt preire tāq̄ fortiora
que vero sunt corporis debent
seq̄ tanq̄ debiliora. *Mat. xxvi.*
Spiri⁹ q̄dem prompt⁹ est caro
aut infirma. Nam si spūs prece-
dens contra hostiles insult⁹ con-
tradixerit diabolo & exercitui suo
semp̄ erit vict⁹. Si aut̄ precedāt
corp⁹ & sensus corporales q̄ sunt
habiles ad cadendū nulla fieret
dyabolo resistentia. sed lapsi & ca-
pi frequenter ducerent spiritum
ad ruinā. Cū ergo gradimur via
penitentie versus celum: diuida-
mus nostrū exercitiū. & preceden-
te rationis vexillo sequat̄ illō cor-
pus & corporales sensus. *Figura*
xxxij. Cū Jacob fugeret a Labā
q̄ tot vicib⁹ eū deceperat. veniēs
ad terram natiuitatis sue audiuit
qz Esau frater eius veniebat ob-
uius sibi. Oderat enim eū Esau
eo qz sibi subripuerat bñdictionē
diuisit Jacob familiam suā in du-

as turmas vi. Si percussit Esau
vnam turmam: saluabitur reli-
qua. Nam Rachel posuit cum
familia illius ab vna parte: Lyā
aut̄ cum suis ab alia. Spūaliter
Jacob qui interpretat supplantator
seu luctator est fidelis q̄ p̄ite
lucta supplantat vicia & peccata.
Hūc. n. odit diabol⁹ q̄ per Esau
notat. Esau enim p̄mogenit⁹ fuit
ysaac. & diabolus fuit p̄mogenit⁹
dei respectu hoīs qz p̄ior creat⁹
homic. Sed p̄ tanto odit iustus
qz bñdictionē p̄mogeniture ce-
lestis quā ex superbia & obstinatio-
ne sua perdidit. Iustus ex penitē-
tia recepit. Igit̄ iust⁹ fugit a La-
bam deceptore: qñ fugit a mūda
no amore vel multiplex est dece-
ptio. Tendit enim per iter penitē-
tie ad terram natiuitatis sue. s. su-
perne ciuitatis. S; timēs diabo-
li insidias diuidit vires aie a cor-
poralib⁹ sensib⁹ Rachel vō. i. rō-
cū ipsi⁹ familia precedit. Familia
nāqz rōnis est. Prudentia. For-
titudō. Iustitia & tēperantia. Ad-
uersus istas nō potest diabolus.
Sensus vō corporales retro se-
quentes & obtempantes rōni ve-
niūt tanq̄ sub protectiōe ipsius.
Hoc vidēs Esau nō audet. i. dia-
bolus penitentī nocere. qz p̄sto ē
oīs se inuantes iuuare & p̄ certa-
minis labore premiū regni dona-
re. vñ Ambro. in quadam ep̄la. *Am.*
De⁹ inqt̄ ip̄e oīum rector ac dñs
cū oī militia angelep̄ certamen

*an
iustitiam
militia
no potest
ty. d. d. d.*

num spectat tibi q̄ contra diabo-
lum dimicandi eternitatis coro-
nam parat.

B

Om̄e putei latitudo. Se-
ne. xxvi. v̄t dicit Augu.

Dis pute⁹ ē fons et non
ecōuerso. Fons. n. et pute⁹ pueni-
unt in emanatione aque viue s̄
differūt q̄z pute⁹ est. p̄fundus nō
aut̄ fons. Sp̄ialiter xp̄s pōt dici
pute⁹ et fons. pp emanationē in-
cessabilis lucis. sed dicitur sp̄iali-
ter latitudo pp misericordie difu-
sionē Luc. p̄mo. Misericordia
ei⁹ a progenie i. p̄genies. Et h̄z ē
cū latitudine p̄funditate q̄z mise-
ricordia dñi plena est terra. dicit̄
et̄iaz. Iudicia dei abyssus multa.
haurire ergo d̄bem⁹ ab isto pu-
teo aque viue misericordiā p viā
p̄nie: ne incidam⁹ i p̄funduz sue
iustitie q̄z de plenitudine ei⁹ oēs

Fig.

possunt accipe. Fig. Sen. xxvi.
v̄b̄ legim⁹ q̄ Isaac venit ad pute-
um iuramētū et edificauit ibi alta-
re et fixit ibi tabernaculū suū et ve-
nerūt ad eū tres viri dī. vidētes
vidim⁹ q̄ deus in te est. fiat cōiu-
ratio inter nos et cōstituum⁹ tecū
pactū et nō facias nobis mala. et
fecit illis Isaac magnū cōuiniū.
Sp̄ialiter p̄ Isaac vt sepe dicitur
est notat xp̄s. venit. n. ad puteuz
iuramētū q̄z iurauit dñs et nō pe-
nitebit eū dare vniculq̄z fm opa
sua. Distributor ē. n. misericordie
et venie largitor p̄ p̄niam volētī-
bus illaz sed illā respicientib⁹ isert

iudiciū. ps. Misericordiā et iudi-
ciū cantabo tibi dñe. Et hic ē pu-
te⁹ lat⁹ et p̄fundus vt dicitū ē. Ibi
enim xp̄s fixit tabernaculū et alta-
re. i. cōstruxit eccliaz et ordinauit
cōfessionē vt pateat oibus aque
viue ḡra. veniūt tres viri. i. p̄tes
p̄nie. i. i. cōtritiō. p̄fessio et satisfi-
ctio. cōfitemi se vidisse p̄ effectuz
deitate in xp̄o et xp̄m eē deū. et h̄
est: qd̄ esse d̄z p̄mū in oī xp̄iana
actione. i. p̄fessio fidel. deinde pa-
ctū cōponit inter xp̄m et pctōrez.
Et fit cōiuratio inter vtrūq̄z quia
p̄mittit dñs nō facere malū pec-
catorū. Sen. ix. vltra nō adiciant
mittere diluuiū et hoc ē signū qd̄
do inter me et vos. et. Et homo
p̄mittit obedire. ps. Etenim er-
go mandatorū tuorū ad faciendū
ea. hic est ergo puteus et fons su-
per quē sedet xp̄s fatigat⁹ expec-
tans penitētē aīam vt illi tribuat
gratis aque viue ḡram que supe-
rat omnez dulcorē. Ber. in cantū Ba-

Et licet cū parit tristitiā h̄z
m Jo. xvi. Notādū q̄ ma-
tor virtus in partu q̄ i cō-
ceptu requir̄. Abulte. n. cōcipien-
tes nō valentes parere p̄ v̄tutis
inopia fetū perdiderūt et frequen-

Fig.

Ba.

L

Am.

ter ex hoc parit abortiu. Spū
tualr aīa p̄cipit a spūsancto bo
nam inspirationē sed frequēter ac
cidit aīe abortio ex deuotiōis de
fectu vt p̄positū qđ ip̄a gr̄a diuī
na cōceperat asp̄trante non vale
at p̄ opus bonū parere. r̄ p̄cipue
qđ difficultus exercet in ope qđ cō
cipiat in corde qđ aduersarius n̄
diabolus vt serpens callidus isidia
tur calcaneo n̄ro pl̄ opti qđ cogi
tationi. Jō ysa. xxvij. filij uenēst
v̄sq; ad partū r̄ nō fuit virt̄ pari
endi. **Fig.** Apoc. xii. vbi legim̄
qđ mulier quedā clamabat partu
riens r̄ ecce draco magn̄ habēs
capita. vij. r̄ cornua. x. stetit cōtra
mulierem vt deuoraret filiū qui
raptus est ad deū. Et mulierī va
te sunt due aīe quibus volauit ad
desertū locū vbi aleret. Spūalr
per hanc mulierē grauidā subau
di aīam penitentē. Rō est qđ tūc
cognoscit se mulier grauidā esse
vt plimū qñ sibi amara vidētur
que pri⁹ iudicabat dulcia r̄ amēa
r̄ ecōuerso. Sic i. p̄posito cū aīa
inspirata diuinitus ex patiētia ve
ra iudicare incipit mūdi delecta
tionē amarā: r̄ mala que pri⁹ dul
cia iudicabat signū ē qđ sanctum
cōcepit p̄positū. vñ Ambro. in q̄
dam s̄mone. Quñ inqt sic penitēs
es vt tibi amarū sapiat in aīa qđ
dulce fuit in vita. Et te prius oble
ctabat in corde ip̄m te cruciat in
corde iam tūc bñ ingemiscis ad
deū. **M**ulter ergo hec facile p̄ci

pit bonū p̄positū. Sed vt dictus
est op̄ bonū difficile parit. Adest
entis draco. i. diabol⁹ p̄ferēs. vij.
capita id est. vij. capitalia vicia. r̄
x. tortuosa cornua. i. decē manda
torū inobediētā r̄ suadet delecta
tionē peccati r̄ ostendit difficulta
tem p̄nie vt fet⁹ aīe perdat. Et ip̄
sa remaneat sterilis in p̄cō. vnde
Sre. in quadā ome. Cū inqt mī **Sre.**
ser homo in grane p̄ctm̄ labit sua
det ei diabolus ne peniteat ne cō
fiteatur p̄ctm̄. leue r̄ modicū in
corde affirmat. **M**isericordiam
predicat. longinquū spaciū vite p̄
mittit. p̄manere in peccato sugge
rit vt sic in contemptū dei r̄ sui de
sperationem inducat. S; si mul
er clamat ad deū viriliter cordis
p̄tritione oris p̄fessione r̄ recta sa
tisfactionis intentiōe: rapit filius
eius ad deū que p̄it innito draco
ne vt dicat cum ysa. xxvi. Et facie
tua cōcepimus r̄ parturim⁹ spūz
salutis. Et vt a diabolo protegat:
dant anime due aīe. amor dei. s.
r̄ timor qbus alta cōtēplationis
celestis meditans r̄ gehennam
infernī considerans pascitur diuī
na gratia in statu p̄nie vere.

Sacrificate sacrificiū su
stite r̄ sperate in domio.
ps. lxxij. **M**era iustitia exi
git vt q̄tū homo a suo creditore
exigit: nisi reddat. h; n. tam credi
tor qđ redditor: libitū suū vbi cōi
ter continet q̄tum iste debet re
cipere: r̄ quantum ille debet dare.

Ideo bonus redditor cum ad solutionem venit debet precipue videre debiti quantitatē: et tantum soluere quantum debet. Aliquin posset contingere quod pro modico retento totum debitum satisfaceret. Creditor enim non franget cirographum nisi prius recipiat totum debitum. Spiritually cum peccamus magnum habemus debitum. Est enim hoc debitum supra vires nostras. et adeo obligamur ut quicquid sumus aut possumus totum perdimus nisi. Beda in quodam sermone. Cum mortaliter peccas omnia bona que fecisti in os diaboli factas et eius seruis efficeris et ad penas te obligas sepiernas. veritatem si tu quod accepisti reddes: delebit cirographum quod si peccata que diabolo instigante commisisti propter te remittetur tibi culpa. Sed sume cauendum est ut nil retineas ex illis. scripsit enim diuina iustitia quod quia et qualiter commisisti. Pro hoc totum oportet reddere. Alioquin retento modico totum a te exigitur debitum ut igitur totum fideliter deleatur nudata cor tuum sacerdoti et per singula peccata discurrens omnia diligenter confitere. et sic deo sacrificabis sacrificium iustitie. **Fig.** Item. primo. ubi legimus quod cum fiebat sacrificium ex vitulo. vitulus decorabatur et lotus aqua diuidebatur membratim. et sic diuisus ponebatur super altare et sacerdos tenebat manum super caput vituli. et accenso igne scilicet

succendebatur. et fiebat deo sic sacrificium acceptum. Spiritually hec seruanda sunt in actu penitentie cum volumus deo placitum sacrificium offerre. debet enim cor nostrum decorari. id est. denudari ab omni cooptura. et omnem excusationem excludere et lotum cor aqua lachrymarum debet membratim diuidi. scilicet. ut distincte narrentur conditiones et corde intentiones. et delectationes habite in peccatis. et hoc est sacrificium vitulum membratim viuere. Tunc vero sacerdos manum tenens super caput peccatoris illum absoluit a prioris debiti obligatione: et cirographum cassat culparum accenditur ignis sanctus. id est. charitatis per quem carus et acceptus videbitur qui fuerat prius odiosus. Agenda est ergo penitentia ut tam magna obtineamus bona. vnde Cyprianus in tractatu de agenda penitentia. **St. Cyp.** vult iustificari satere delictum tuum. Solutus enim criminum nexus vere recunda confessio peccatorum vide quid a te exigit deus vides quia pollicitatione remissionis te puocat ad penitentiam. Bonum ergo dominum habemus. Ego inquit inquit quod deleo iniquitates tuas et memor non ero propter gratiam. Tu vero memor esto propter correctionem. hec Cyprianus. **q** Et omnes paruuli diligentis infantiam. puer. id est. Non prudentes et nobiles optime considerant ne filii eorum nimio tempore maternas sugant et nutriant lacte. nam

si ultra tempus debitum illud su-
merent herent molis cōplexiōis
& dōbilis. nec valerent adulti opa
vtilia exercere. Ideo tpe debito
ablactandi sunt etiam inuili. Et
p̄suevit sibi nutrix vngere man-
mas absintio qđ puer gustās lac
abominat. p̄pter annexā amari-
tudinem & nō petit vlti° lac: s;̄
transfert se ad cibum. verū est qđ
cibus iste d;̄ p̄gruere etati pueri.
d;̄. n. mollis esse in p̄ncipio. & sic
de die in diē per assuesactionē ac-
cedere ad duriores. Sp̄ialr per
puerū. lac sugentem subaudi ch̄ri-
stianuz delitijs mundi deditam
q;̄ sicut lac nimio tempore acce-
ptū reddit hoiez debilem & mol-
lē ad vtilia opera: ita mundi deli-
tie reddūt hoiez pigrū ad diuina
seruita & opera p̄nie. & qđ pet° est
acuūt & roborant tam carnes q̄
aias: vt illā ad p̄cipiū mox idu-
cant. vñ Orige. sup̄ Leuit. omel.
viii. Nescitis inquit si corpus vel
aiam nutritis solā & ipsā frequē-
ti mollicie ac iugi delitiarū fluxu
soueati solefct necassario aduer-
sus sp̄m̄ & fortior illo efficit. qđ si
fiat sine dubio in ditiōe sua reda-
ctū sp̄m̄ cogit suis legib; & vicijs
obedire. d;̄ igit̄ nutrix. i. rō mis-
scere sequētē inferni amaritudinē
delitiarum dulcedini. Et sic vide-
bit̄ qđ dlectat esse momentaneū
Enf. & qđ cruciat eternū. vnde Ansel.
Hāc amaritudinē & hoc absinti-
am seculi dulcedini miscēs dice-

bat in meditatiōe de pctis & timo-
re inferni. Cogitet ergo & reco-
gitet cor meū quid fecit. & qđ me-
ruit descendat in q̄ descendat ad
terrā tenebrosā & opertā mortis
caligine mens mea. & consideret
q̄ ibi expectat scelerata aia mea.
intendat & contemplet. videat &
percūtet quid est deus. quid est
qđ aia de vtero in terra miserie &
tenebray. Quid est qđ itueor: ni-
si qđ nullus odor sed sempitern^o
horror inhabitat. Ech veh quot
veh ven p̄fusio vluantiū: tumul-
tus dentū inordinata multitudo
gemitū. ignis sulfureus flāma
tartarea. caliginosa volumina q̄
terrifico rugitu video vos rotari
vermes in igne vsuentes. q̄ mi-
ra auditas rodendi. sic vos ascē-
dit quos iste ignis ignitū nō ince-
dit. demones coardentes fremē-
tes ardore: frendentes furore. cur
sic crudeles estis his qui volu-
ctātur inter vos. O inaudita tor-
menta iusta moderata ad susti-
nendum immoderata successio-
ne nullus modus nullum reme-
diū temperabit nos heccine sūt
magna deus que p̄parata sūt pec-
catorib; & p̄temptoribus m̄is. aia
mea vere ea time. Mens mea
defice cor meū scindere. hec An-
sel. Si ergo cor nostruz hec tam
amara gustet absintia nequa q̄ il-
li dulcia sapiēt mūdi caduca. S;̄
trafferet se ad cibū fortiorē p̄nie i
qua deū sibi p̄cipiū inueniet q

de^o n^o m^o duc^o i celo cu^m aⁿgelis gau
diu^m cu^m pctō: relicq^{ue} m^odi t^{er} carnis
voluptatib^{us} agreditur salutifera
penitentie opa. **Fig.** Sen. xxi. vbi
legit^{ur} q^{uod} cu^m obla^{ct}aret filius abrae
Isaac. ipse Abraam magnu^m fecit
conuiuiz magnā o^mniū leticiam
amicis suis. Sp^{iritu}alr. per Abra
am multarū gentiū patres nota^t
x^po qui est o^mniū genitor sanguie
suo Isaac obla^{ct}atus est fidelis
puer^{us} a peccatis qui patris est
risus t^{er} gaudiū summū vt ipse de
penitentia dicit Luce. xxv. Con
gratulamini mihi. &c. **Ibidē** gau
diū est sup vno peccatore. &c. Et
ad phil. iiii. Nos inqt estis gaudi
um meū t^{er} corona gaudij. **Ande**

Gre. Greg. sup euāgelia omel. xxxiiij.
sup illū gaudiū ē angelis dei. &c.
sic ait. Magis inqt de pctōre cō
uerso q^{uod} de iusto stāte gaudiū fit
in celo q^{uod} t^{er} dux in plō plus eum
militē diligit: q^{uod} post fugam reuer
sus fortiter hostes p^{ro}mit: q^{uod} illū q^{uod}
nunq^{uam} terga verit. Et nūq^{uam} forti
ter aliud fecit. Sic agricola plus
illā terrā amat q^{uod} post spinas vbe
res fructuū profert: q^{uod} eā que nū
q^{uam} spinas habuit t^{er} nunq^{uam} ferile
ille frugem producit.

5

Res sūt post quos resti
tuet te in gradu pristinu^m
Sen. xl. Inter alia. que
sunt attendenda in electione ali
cui^{us} rei sine bōe sine male: debet
hō attendere terminū t^{er} longami
nitatē seu breuitatē rei eligibilis.

Nā si bona est res q^{uod} eligi d^e me
lius est diutius habeat t^{er} possidea
tur: q^{uod} si momentanea existat. si
vō d^e malis rebus oporteat eligi
minus mala eligenda est. illa q^{uod}
festinantius deficit t^{er} que diutius
permanet dimittenda est. **Por**
tet peccatores vnu^m eligere ex hīs
vel agere in vita p^{ri}uiaz que breui
in hac vita claudis interuallo: v^t
incidere in gehennaz inferni q^{uod} p^{er}
manet in eternū. Ergo sapiēs ele
ctor d^e h^{ic} pot^{est} velle pati modi
cum q^{uod} p^{er}petua velle postea subi
re tormenta. **Fig.** iij. Reg. xliij. **Fig.**
vbi legit^{ur} q^{uod} posita electione i ma
nu Dauid pot^{est} elegit velle pati tri
bus diebus pestilentia q^{uod} v^t an
tis fame t^{er} inimicorū persecutio
nē. Numerauerat. n. populū ob
quandā pompā p^{ro}pter q^{uod} d^eus in
dignat^{us} erat t^{er} illam. Sp^{iritu}aliter
Dauid in hoc loco significat pec
catorem q^{uod} peccator p^{ro}pter multā
tudine^m t^{er} cumulationē peccatorū
offendit d^eū t^{er} incitat diuinā iusti
tiā t^{er} se s^{ed} dat ei electio vt aut susti
neat in p^{ri}uiaz vita dies. iij. penales
s. p^{ro}tritionē: p^{ro}fectionē: t^{er} satisfactio
nē. aut expectet portare. v^t iij. ānos
&c. per quos subaudi t^{er}ps eternū
q^{uod} septenario totū voluit tempus
t^{er} cu^m hoc ēt demonū p^{ro}secutio es t^{er}
tormenta subire ergo icōparabilr
meli^{us} ē. h^{ic} iij. dies p^{ri}uiaz eligere.
Aug. i li. d. x. cordis. **Meli^{us}** ē in
quit modica amaritudo i faucib^{us}
q^{uod} eternū tormētū in visceribus.

Fig.

Gre.

5

Bitis via tris dierum per desertum. Exod. v. Notandum quod in omni terminata via est triplex progressus. Primo namque est egressus a termino a quo. Secundo est processus ad medium vel per medium. Tertio est accessus ad terminum ad quem. Spiritus autem talis est in penitentia processus. Primo. namque diuina mediante gratia homo egreditur a peccato. Secundo accedit per medium penitentiae iter de virtute in virtute. Tertio consummato tempore et agone pervenit ad eterne beatitudinis promissum. Signum in toto libro. Exo. vbi legitur quod filii israel duca in moyse ducti sunt de egypto per maris rubri viam. Secundo ducti sunt de loco ad locum per desertum ignis et nubis protectione. tertio ingressi sunt terram promissionis ducete eos Josue. Spiritus autem filii israel exeuntes de egypto sunt fideles exeuntes de peccato. Nam egyptus interpretatur tenebra. peccatores autem involuti sunt in tenebris: sed divina luce illuminati cognoscunt periculum. Breve in moribus nos divina gratia illuminat peccata enim mens abscondita manifestat. vnde beatus dicitur quod per ductu Moysi in deo educti sunt: Namque Moyses famulus domini edoctus a domino retulit mandata populo dei. sic predicator domini ubi retulit peccatoribus. Conita divina quibus plagas diabolo et peccatis egressus fit de culpa ingressus de infusione gratiae progreditur postmodum populus fidelium de virtute in virtute in nube et igne. In fide et charitate.

gradatim ad alta virtutum cacumina. ad quam postquam pervenerit ductu Josue. I. Jesu christi introibit terram promissionis eterne. Ergo per hos tres dies gradatim viam penitentiae. primo fugientes peccati tenebras. secundo exercetes virtutes et obtineamus gratiam. demum perseverantes ut perveniamus ad gloriam vnde Beatus Augustinus in quodam sermone exercitans nos ad huiusmodi peregrinationem ait. Fugite de medio babilonis et salvate animas vestras percolate ad urbes refugij. ut possitis de peccatis agere penitentiam et in presenti obtinere gratiam et futuram gloriam finaliter prestolari.

In civitate seculata similiter regem. Ecclesi. xxiiij.

In civitate pacifica ubi est iustitie abundantia nunquam porte clauduntur villo tempore. possunt. nam homines hora qua veniunt et bone persone ut mercatores et alij peregrini intrare. Latrones vero et maleficia ibi non possunt otiosi morari propter iustitie exercitium. Captivi. namque a custodibus et capti puniuntur. Spiritus autem talis status penitentiae est civitas pacis et iustitie ratio est quia ex penitentia iustificatur homo. et peccatis de conscientia fugatis tranquille anima requiescit. eo quod non audet appropinquare nec accedere fraudes noxie propter iugem custodiam et purgilem atque sollicitam frascibilem que statim illas manifestat. Est etiam ibi concupiscentibus amicis et bonas inspirationes introducens. Et sic in regione ista summa quae habet. hec igitur civitas

Ber.

B

nulli claudis: nullus ab ipso p
hibet. pgressu nulli ianua ciuitas
huius. s. pnie denegat. imo ad eius
vbertatem oēs vocant. venite ad
me inquit deus oēs q concupiscit
me et delitijs meis adimplemunt.

Fig. **Fig.** Apo. xxi. vbi legit de quadaz
ciuitate que dicitur oēm plagaz. iij.
habebat portas. s. iij. ad orientem. iij.
ad occidentem. iij. ad aquilonez. iij.
ad meridiem. Spūalr per hanc ci
uitatē subaudi vt dictum est statu
pnie. iij. vō porte ab oī plaga po
sita tria sunt pnie opera. s. cordis
contritio oris confessio operis sa
tisfactio. Sunt. n. he porte ad ori
entalē plagam vt per illas intrent
adolescētes et q nup adulti sunt.
ad australē plagā calidam et hu
midaz vt intrent iuuenes strenui
et fortes. Sūt ad plagā aquilona
rē frigidā et sicā vt intrare possint
senes et antiqui deficientes iā ab
humana fortitudine. Et sunt ad
plagā occidentalē: vbi iam claritas
diurna deficit vt terraz intrēt
decrepiti qbus iam occidit vite
presentis facultas. Et sic p3 saluū
aditus oibus generibus hoium
ne qscq eiciat a dei misericordia.
Unde de tribus plagis ante dictis
dñs ad ciuitatez pnie renocat dī.
Et si in prima vigilia venerit. etc.

Bre. super qbus verbis **Bre.** dic pnia
inquit vigilia est pueritia. Secūda
adolescētia. Tertia iuuentus. Qui
ergo in prima vigilia vigilare nō
vult secundaz custodiat vt q con

uerit a puritatibus suis in pueri
tia neglexit ad vias vite saltē tpe
iuuentutis euigilet. Et qui ad viā
vite iuuentutis tpe nō euigilat saltē
in senectute respiscat. hec Greg.
De quarto autē hostio p qd intro
ducunt decrepiti in quibus vt iaz
dictū est occidit humane vite vt
gor et quasi nihil aliud sunt q̄ la
bor et dolor: habes in parabola d
vinea Math. xx. vbi paterfamilias
as hora nona inuenit quosdā stā
tes tota die octofos quos nemo
pduxerat qz defecerant pdecen
tes vires et operative virtutes et
nihilominus ad illos dixit. Ite et
vos in vineam meam.

E vxor tua sicut vitis ha
v būdās. ps. cxxvij. Necesse
est aū cōiugij firmatio
nē hoīem considerare quāta ha
beat sustinere et pati p nutritione
vxoīs q̄ pro filioꝝ educatione.
Et multa considerāda sunt ac di
uersa circa nifimonij occurren
tia. Nam post factū si penitere ve
lit ridiculū esset et penā incurret le
gis et perpetuā confusionē. p̄ui
dēda ergo sunt oīa ne post factū
peniteat inutiliter. Spūalr homo
volens pniām sibi copulare vxo
rem p̄dōz cogitat qualiter illaz
valeat bonis et continuatis operi
bus enutrire perseverando et me
ritando et merita ex illa nascentis
nutriendo vel custodiendo. Alio
quin intraret legis dei indigna
tionez. q̄ alt. Non qui inceperis

sz qui p̄seuerauerit salu⁹ erit. Sūt
tñ aliqui ad pauca respiciētes q̄
audacter agredunt ad p̄niam sz
gustata aliquanti amaritudine nō
attendentes p̄mia volunt diuor
tū facer. qđ ridiculū ē z d̄risio di
uini mandati. Debent ergo atten
dere q̄ nos oportet per tribulatio
nes multas intrare in regnū dei
Idcirco si amara est p̄nīa hanc
amaritudinē dulcedo p̄mij cō
penfer. *figu.* *Matth. i.* vbi legim⁹
qđ dñs Joseph *Martham* virginē
desponsasset z illā grauidā inue
nisset ignorans diuinū sacramen
tū voluit clam ipsā d̄mittere: sed
angelica admonitione p̄uent⁹
nō d̄misit illā. Quod. n. an ea na
tū est de spū sancto est ait angel⁹.
Spūasr *Maria* interpretat mare
marū z maris stella. De due con
ditiones congruūt penitentie. est
enim penitentia cordi amara sed
est lumen z splendor anime. z
per huius magni maris disci
mina velut stella maris portum
eterne quietis inuenire docet. Jo
seph aut̄ interpretat augmētuz z
significat fidelem qui cupit meri
ta augere per copulā p̄nie. sed pe
nitētie amaritudinē gustata retra
hitur nō considerās finem soluz
cogitat *Marthā* grauidaz qz solū
grauedinē p̄nie cogitat ignorans
mirabile huius sacri p̄mij pro
curat diuortij procurat *Marthaz*
relinquere nequaquā amplius vult
eā. *Q. isomnata vxor: raro nubst.*

z tñ qñ nuptul tradit: vix pōt in
uenire qui non repellat ipsā. z tñ
quod est de ea natū de spū scō ē:
qz oīs p̄nie grauedo oīs difficul
tas laboris gr̄am obtinet sci spū
tus. Tu ergo si vis esse Joseph. i. si
vis augmētari honore z gratia
coram deo z sanctis angelis p̄fi
cere noli timere accipere p̄niam
p̄ngem tuā qz z si grauis appare
at oīs grauedo z amaritudo eius
tibi dulcis videbitur fructu p̄e
mij gustato. vñ *Matth. iij.* *Matth. iij.*
p̄niam agite. sic ait. Amaritudinē radicis dul
cedo pomij p̄pensat: pericula ma
ris: spes lucri delectat: dolorem
medicīe spes salus mitigat. Qui
desiderat nucleū frangat nucez.
p̄niam agat qui vult eterno ad
herere bono. p̄conia xp̄i narrare
possunt qui ad palmam indulgē
tē meruerunt peruenire.

Undat⁹ est a lepra. *iiiij.*
m. Reg. v. Inter oia q̄ ma
gis cruciant leproso est
quia oīs san⁹ illos nimis abhor
ret. Ideo vulgo dici consuevit qz
leprosus oēs hoīes vellet esse le
proso vt nullus sibi leprā impro
peraret. Spūasr assimilat pecca
to. Rō est qz lepra cognoscit per
infusionem super cutim. hz enim
cāro leprosi quandā corruptā pin
guedinē inter carnez z pinguedi
nem qua superficies cutis reddi
tur tota vnctiosa ita qz aqua sup
cutim infusa statū inde labū z cu

Ble.

Ble

et nequaquam adheret. Sic in proposito contingit aie peccato subdite. Cui enim super illi in fundis sancte predicationis aqua tota inde labit: nil remanet ibi: quia corrupta affectio adeo ipsa aiaz occupat ut nullum inueniat ibi locum firmo dei. Jo. viij. Qui ex deo est verba dei audit. Jo. vos non audistis quia ex deo non estis. Ergo peccator leproso similiter alia quam panis ipse multum affligit cum videt sanctos et iustos vellet. n. malos esse ne quos possit victoriam eius turpitudine abhorere verumtamen et si non abhoreret leprosum nihilominus sibi ipsi magna abhominatio est cum se sic consideret putredie plenum. Sic peccator: et si a nemine arguatur nihilominus suae culpe fetore sentiens multum affligit. quia sic deus iuste ordinavit ut omne cor pravum sibi ipsi sit peccatum. Sed differentia est quedam inter lepra et lepra. sic differentia est inter peccatum et peccatum. Notandum ergo quod sunt quattuor species lepre. quarum prima provenit ex corruptione sanguinis. et dicitur Elephantina ab elephanti illo animalis magno quod crura habet inflexibilia. secunda provenit ex corruptione fleumatis et vocatur Tzirina a Tiro serpente venenoso valde noxiata quod calidus et malus est valde. Et nota quod laborans hac lepra carnes maculatas habet sicut serpens. Et ratio est quod quedam virtus que dicitur assimilativa et sequitur digestionem in corpore debilis est. nec potest nutrimentum assimilare nu-

trito propter eius impotentiam. Idcirco caro leprosi sic remanet diversis coloribus maculata propter nutrimentum et nutriendi diversitatem et dissimilitudinem. tertia species provenit ex corruptione melancolicis et dicitur vulpina ab animalis illo malicioso et astutissimo dicta. quarta species dicitur provenit ex corruptione colere: et dicitur Leonina a Leone ferocissimo denominata. Ista vero ultima postquam corpus occupavit vix vix sanatur. Spiritus autem per palmam lepra quam dicitur elephantina subaudi superbia que provenit ex sanguine corrupto: quoniam. scilicet quod gloria in sanguinis sui nobilitate inaniter superbiens cum omnes vermes et putredo simus. Orige. omel. i. super Eze. Quid superbis putredo et cinis ut homo arrogantia subleuet oblitus quid erit. et quam fragile vasculo continet: et quibus stercorebus immerisus sit et qualia semper purgamenta de sua carne piciat. comparat elephantis crura habent inflexibilia quod recte denotat diabolum de celo per superbiam exclusum inflexibili perseverans obstinatione. unde Ego libro. i. de anima superbia inquit in celo nata est sed velut inemor per quam viam inde cecidit illuc postea redire non potuit. secunda species que dicitur Tzirina ex corruptione fleumatis denotat invidiam. Hec lepra corrodere incipit membra interiora ad exteriora procedens quod invidia primo cruciat. dicitur suorum cor

de mente qz hanc punitionem
 iustus deus iuste intulit inuido
 vt primus cruciatus in ipso pma
 neat. An Sen. in li. de moribus
 vtina inuidi oculos haberent in
 vniversis ciuitatib⁹ vt de oib⁹ sa
 cultatibus torquerent. Nam qua
 ta feliciū sunt gaudia tanti sūt ge
 mitus inuidoz. Et hec est simili
 tudo Tyri ⁊ inuidi. Nam vt dī ser
 pens iste maculat⁹ est ⁊ quot h3
 maculas exterius tot h3 dolores
 interi⁹. quia inuidus quot videt
 bona exteriora tot interiora h3 tor
 menta. Adcirco dicebat caro le
 prosa etiā maculata ppter debili
 tatē assimilantis virtutis per quā
 notat charitas. Inuidus eni pen
 tus caret dilectionis seruore. 3o
 bona exteriora bonis pprijs assi
 milare nō pōt. Ille enī qui cha
 ritatem h3 pximoz bona sua re
 putat ⁊ in illis nutrit quasi ex pro
 prijs. qñ v3 hec assimilatio vir
 tus. s. charitas viget feruenter in
 aīa. tertia lepre spēs assimilatur
 auaritie que ex melanconico cāf
 humore in quo humore terra p
 ceteris dñatur element. Similr
 ⁊ cor auari terrenā possidet sub
 stantiā. Dī lepra hec vulpina pp
 vulpis multiplices dolositates.
 Nam ⁊ auarus astutis ⁊ dolosi
 tatib⁹ plenus est. Mo. qz caro vul
 pis a canibus nō potest capti: tan
 est enim eius sagacitas vt cū ca
 pta videat ⁊ canib⁹ puenta: reuo
 luit se p arbusta ⁊ dirupta canes

decipiens multis modis sed capti
 tur fouea occulta. Sodiant. n. ve
 natores ⁊ cooperiūt foueā: ita vt
 videatur plana via. Et tūc dū vul
 pis putat securi⁹ cedere subito in
 nenta fouea cadit ⁊ capit. Spūs
 aliter canes i sacra scriptura aliqñ
 pdicatores denotāt. rō est qz lin
 gua canis medicinalis est ⁊ latra
 tus eius fures repellit. Sic predi
 cator pctōz lingēdo vulnera per
 misericordie xpī predicationem
 sanat illa. ⁊ fugat fures ⁊ latrones
 qz minādo gehēne penas pecca
 toribus ipse repellit demōes ⁊ eo
 rum tētatōnes ab aīa. igitur isti
 insequunt vulpem. s. cupidum ⁊
 auarū vt reducant ad pniām sed
 capere non valent. qz cū aliqñ vi
 detur penitere tactus aliqua cor
 porali infirmitate statim de fauci
 bus eoz fugit sanitate recuperata
 sed venatores scilicet demones
 obseruant vt subito cadat in scue
 am vl sepulchrum cū credit secu
 rior esse. ⁊ sic capitur ⁊ occiditur
 nec potest ab hoc casu vlla astu
 tia liberari nec profunt illi diuitie
 quicqz vnde glo. super illo Luc. Glo.
 Fortunus est diues ⁊ sepult⁹ est
 in inferno sic dicit. Quid profuit
 hūc pecūie mltitudo si caro ver
 me scaturiuūt ⁊ anima in ghen
 na data est collega dmonibus.
 Quarta ⁊ vltima spēs lepre assi
 milat ire pp ipetū aialis ferocissi
 mi. s. Leonis a quo denotatur. p
 uenit. n. ex corruptione colere. co

lera. n. si nō excedit nō obest q̄
scriptū est in ps. Irascimini & no
lite peccare. Sed tūc humor ille
corumpit q̄n̄ relicta correctione
fraterna nō ad vicioꝝ sed ad cor
ruptionē personarū anhelat. Mō
est tunc correctio cū dilectio e ho
minū & odio vicioꝝ. vt Aug. mo
net sed poti⁹ e p̄uerso. **Gre. xxvi.**
mora. Si is qui corrigere nititur
odio superet opprimit anteq̄ cor
rigat. Ma dū plusq̄ d̄z accendit
sub iuste vltionis obtentu ad im
manitatis crudelitatem effrenatur
hec igit lepra si in principio cure
tur facile repellit: q̄ si iratū peni
teat & prompt⁹ sit ab his quos le
sit veniā postulare curat lepra ei⁹
si v̄o hec infirmitas in corde cō
seruet: ira transit in odium q̄ est
sūmū malorū nec hoc p̄t curari
nec in vita futura q̄ in spiritū san
tum peccatū hic cōmittit. Jō cu
randa est ira ante cordis occupa
tionē alioquin cor & aiaz mox cor
rumpit. Aug. in quadā epistola.
Eu. Sicut acetū corumpit vas si diu
ibi permanserit sic ira corumpit
cor si in alium diez durauerit. p̄z
igit quib⁹ peccata lepre assimilan
tur. s̄z hec oia curant p̄nia & pur
gantur. **Fig.** Leuit. xiiij. vbi lepro
so sanato radebant capillū & super
cilia & barba. deinde lotis vesti
bus eius introducebat in castra
vt offerret sacrificiū. Spiritua: r
peccator debet deponere per con
fessionem opera mortua que per

pilos notant. Et his tribus gra
dibus corde ore & opere cōsciam
suā debet lachrymis lauare. Ulti
mo d̄z offerre satisfactionis sacri
ficium: introduct⁹ in castra & san
ctorū p̄sortum. Nam si hoc mo
do p̄niam agat peccator sanitatē
integram p̄sequet: etiā ex oi lan
gore si foret mortalis. Et Aug.
in li. de p̄nia. P̄nia inquit lango
res sanat: leprosos curat: mortu
os suscitāt: sanitatē auget. gratiā
conseruat: claudis gressū. surdis
auditū cecis restituit visū. vicia
fugat. virtutes exornat. mentem
munit & roborat. hec Aug.

Reus fortis superat⁹ est
& infirmi accincti sunt ro
bore p̄nit. Reg. ij. Mō
d̄z statim reddere se captiuūz pro
bus miles primo ictu accepto. s̄z
potius d̄z viris̄ dimicare vidēs
sibi spē aliquāz ex certamine bo
nam vniri poti⁹ suis d̄z quorū pre
sidio si strenue agat: poterit ad
huc victor existere. qd̄ nequaq̄
posset si redderet se captiuū. Spl
ritualr. q̄n̄ pctā inuadūt viz̄ iustū
adeo ipetuosē & fortiter: q̄ vulne
rat⁹ per consensū cadit ad execu
tionem operis mali vulnerantur
corpis sensus & subcumbunt & q̄
si oēs virtutes lacerant: nil rema
net incolume. S̄z p̄pter hoc non
d̄z fidelis velle captiuari cū dia
bolo & fune ligari multiplicatē cul
pe. sed d̄z se vniri amicis. s. cōtri

erioni. Confessione. et Satisfactio
 ni. et dimicando viriliter supera
 re inimicos. et amicos. s. videntes
 anime recuperare. **fig.** Figura Gen.
 xiiij. vbi legitur q. v. reges agre
 gati inuaserunt Loti nepotem Abrahæ
 et ceperunt ipsum tolentes spolia ip
 sius: et captiuum ducebant cum tota
 familia eius. Abraham vero agre
 gatis. ccc. vernaculis qui secum
 fuerant ab infantia nutriti perse
 cutus est. v. reges percussit ip
 sos et gētes suas. et liberavit loti
 fratrem: familiam et spolia eius.
 Spūaliter. v. reges. v. sunt appe
 titus inordinati sensibiles et pra
 ui qui interdū corpus inuadentes
 humanū ipsum et oēs corporis sen
 sus captiuant expoliantes ab om
 nibus puritatem et honestatem.
 Abraham vero spūm denotat. hic
 non debet fratris sui pditionem
 sustinere. **Abdicū. n.** valet spūs
 si corporales sensus diabolus pos
 sideret. Debz ergo assumere. ccc.
 vernaculos. i. tres pnie gradus
 superius nominatos. s. Cōtritiō
 nem. Confessionē. et Satisfactio
 nem. **Et** enim si nutriantur assi
 due apud nos semper presto sūt
 iuuare hominē cōtra vicia. spūs
 roborando. corpus liberando. vi
 cia superando Ergo nūq. v. hō
 desistere a certamine q̄tūcūq.
 aliquando cadat vt iam dictū ē.
 qz vera penitentia: etiā post la
 psam obtinebit victoriam. vnde
dic. **Itero.** ad eliodorū monachū.

Non est perniciosū in prelio vul
 nerari: sed post vuln^o acceptum
 desperatione curādi medellā vice
 ri denegare. Sepe enim videm^o
 athletas post frequentes lapsus
 et deiectiones plurimas corona
 tos. **Abilitem** quoq. scim^o post
 fugas multas virū fortem fuisse
 et delectisse victores.

Digitavi vias meas et cō
 uerti pedes meos in te. **Ab**
 simonia tua. ps. cxvij.

Expulsus de terra propria: p̄tinue
 cogitat per quas vias redire pos
 sit interpellans amicos et illos q
 p̄nt illi ad hoc vt possit reuerti. p
 desse. Spūaliter pctō: est expul
 sus de terra propria. s. de conso
 tio angelorū et sanctorū. **Id** sūma
 cū diligētia d. observare assidue
 vias per quas possit redire ad sta
 tum diuine gratie vt inter seruos
 dei p̄numeret. via. n. que facit exi
 re de peccato et ad sanctorū socie
 tatē redire: est via pnie que est tri
 partita. **Pr**ia ē p̄sideratio morū
 et inferni. et ex hac peruenitur ad
 gradū scdm. s. ad cōtritiōnē con
 fessionē et satisfactionē. De hō
 gradu secūdo puenit ad tertiu si
 ue ad vltimū. s. ad diuinā miseri
 cordiā q̄ nos ad ciuitatē totaliter
 introducit. **fig.** **Esdre. ij. ca. ij.** vbi
 legitur q. cū vellet **Meemias** re
 parare yerusalē destructā: venit
 nocte ad portā vallis et ad fontē
 draconis. Deinde venit ad portā
 stercoreis. et ibi cōsiderauit murū

fig.

ciuitatis dissipatus ⁊ portas eius
 cōbustas igni. deinde trāsiuit ad
 portā pontis ⁊ ad aque ductū re
 gis. Spūaliter p̄ yerusalez que in
 terpretatur visio pacis no. status
 gratie in quo hō dū permanet se
 curus q̄scit. S3 vt dictū fuit hō
 inde eicit a pctis. Igit̄ cū vult ad
 illā redire: primo querēda est por
 ta vallis per quā subaudi mortis
 memoriā. Nā mors quedā porta
 est p̄ quā vel ascendit ad celū vl̄
 descendit ad infernū. I3 quo ad t̄p̄
 descendat hō ad purgatoriu d3
 inde venire ad fontē dracōis q̄
 d3 cōsiderare tormēta gebēne in
 qb̄ draco iste ⁊ sp̄as natat anti
 qu⁹. q̄ submersus ē ī illo tā horri
 bili ⁊ obscuro lacu. sc̄do d3 veni
 re ad portā stercois. p̄ quā notat̄
 oris p̄fessio. nā3 hec ē recta porta
 p̄ quā purgat̄ aia p̄nā p̄tritiōe q̄
 feda ⁊ imūda extra mittim⁹ cum
 n̄fa p̄fitemur pctā. Si in hac por
 ta exētes necesse ē cōsiderare
 murū destructū. notandū q̄ mu
 rus aie ē duplex. s. exterior ⁊ inte
 rior. I3 d̄r murus ⁊ aīn murale.
 Exterior murus est sensualitas.
 Interior v̄o est ip̄a rō. porte ante
 murale sunt ipsi sensus. s3 porte
 aie sunt ei⁹ vtutes. s. memoria in
 telligentia. ⁊ volūtas. Igit̄ hō in
 actu p̄fessionis existēs d3 p̄sidera
 re qualr destructus ē murus exte
 rior. vt oculi p̄ ipudicitā lingua p̄
 malitiā aures audiēdo mala ⁊ sic
 de singulis. Iteruz qualr iterioz

murus sit destruct⁹ cōsiderādū ē
 i. que p̄missa sunt p̄ memoriā itel
 ligētā ⁊ volūtatē. ⁊ hec oia confi
 tendo reparare postmodū v̄o cū
 dum est ad fontē: satisfaciēdo p̄
 peccat̄ cōmissis. Nō. q̄ in ponte
 p̄stecit a trāscantib⁹ colligi peda
 giū. p̄cipue cū p̄ pōtis transitum
 magnuz vitatur piculū. Spūalr
 satisfaciendo per p̄niam de pec
 catis: vitam⁹ futurā penā que ē in
 estimabilis laboris. Ergo debe
 mus h̄ modicuz qd̄ soluere vt se
 curi transeam⁹. vñ sequit̄ q̄ pue
 nit ad aque ductum regis. q̄ per
 actis gradibus p̄nie supradictis
 p̄uenitur ad diuinā misericordiā
 q̄ de regis xp̄i clementia emanat
 in tanta habūdante largitate. vñ
 Aug. in quodaz ser. ymolationis. 21o
 agni pascalis. Nūc ergo inqt̄ do
 minus. Venite vniuerse familie
 hoīum qui estis cōmixti delictis
 ⁊ remissionem accipite peccato
 rum. Et enim sum vera remissio
 Ego pasqua salutis. Ego agn⁹ q̄
 p̄ vobis sum iugulatus. Ego ve
 stra redēptio. Ego vita. Ego v̄fa
 sum salus. Ego v̄fa resurrectio
 Ego vester sum rex. Ego resusci
 tabo per dexteram meā.

Ibi ⁊ inebuat⁹ ē. Ben
 b fr. Solent diuersa vina
 simul iuxta bibētes sepe
 inebriare amplius q̄ vñū tantum.
 Spūalr p̄nā cōponitur multipli
 ci mixtura Nā ibi est vñū potēs
 s. lachrymarum. Ibi est vñū ru

beu. s. rubor p̄fessionis. ⁊ ibi est vi
 nū dulce. s. opera misericordie p̄
 actū satisfactionis. Hanc v̄o mi
 xturā xp̄us adeo bibit libenter vt
 ipse pro amantis amore inebria
 retur. ⁊ oīz offensionū iniurie ob
 lit⁹ nil aliud nisi indulgētie ⁊ venie
 recorder. figura. Sen. xl. vbi legi
 mus picernā Pharaōis vidisse
 somniuz. s. q̄ in vite vna tres cre
 scēbāt. ppagine paulatiz. ⁊ pdu
 cebant gēmas post flores. deinde
 maturescētes. pducebāt vnas q̄s
 se premere putabant in calicē re
 gis ⁊ dare illi bibere. Ad q̄dem
 somnium exponēs Joseph dixit
 p̄incerne q̄ post tres dies recoz
 dare rex ministerij sui ⁊ restitue
 ret eū in gradū pristinū. Sp̄ialit̄
 per tres propaginez crescētes in
 vite subaudi iaz dictas tres ptes
 penitētie crescentes in aia. Idē
 mo germināt p̄ bonū cōceptū se
 cūdo florent per bonū p̄sensū ter
 tio ex hīs vīnū ducit p̄ bonū op⁹.
 hanc gustans rex inebriat amore
 ⁊ iniurie serui sui oblitus finit̄s
 tribus dieb⁹ restituit ip̄m in pr̄sti
 no. gradu. Mo. p̄tuatā diē esse in
 gressum huius vite. secūdam sta
 tum sed tertīā diem mortis. Con
 sumato hoc triduo xp̄s penitēte
 eterne restituet beatitudinē. p̄pter
 quā pri⁹ creatus ⁊ redemptus sā
 guine suo fuerat. p̄ ergo vilitas
 p̄nie. 3li. lib. tertio de summo bo
 no. p̄nia ē sūmūz medicamētum
 vulneris. Spes salutis p̄ quā pec

catores saluantur. p̄ quā deus ad
 misericordiam puocat. que non
 tpe p̄satur: sed. p̄funditate lachry
 marū ⁊ luctus.

¶ De perseuerantia.

Rta sunt que bñ igredi
 unt ⁊ q̄rtū qd̄ feliciter in
 cedit. puer. xxx. Quāq̄
 in via p̄spere itinerantib⁹ p̄tingat
 quo ad oīa que sunt vtatorib⁹ ne
 cessaria: vbi tñ termin⁹ non obit
 nere tot⁹ eēt perdit⁹ labor vie. 3l
 lud. n. est p̄ncipale intentum ab
 itinerantib⁹ vt p̄ viā deueniat ad
 patriam. Sp̄ialiter p̄nia v̄t esse
 qua peruenitur ad celū. 2. Mat̄h.
 iij. Agite p̄niam appropinquabit
 enim regnū celoz. p̄nia aut̄ tr̄
 partita est. qz p̄tritio. p̄fessio. ⁊ sa
 tisfactio. ⁊ hec tria bñ gradiunt. ⁊
 Quis per illa graderetur hō si tñ
 non aderet quartus. s. perseuerā
 tia: labor p̄nie eēt frustra ⁊ ad ter
 minū peruenire non posset. qz n̄
 q̄ iceperit sed qui perseuerauerit
 vsqz in finē saluus erit. 3ig. leuit. 3ig.
 xix. vbi legimus q̄ fruct⁹ sanctifi
 cabant: q̄ nascebāt quarto anno.
 Sp̄ialiter fructus sunt n̄ra opa
 ex quibus cognoscimur. nos v̄o
 sumus arbores illa producentes
 v̄rtute diuini radij. 3igitur fruct⁹
 p̄imi anni est cordis contritio.
 sunt. n. p̄mi ⁊ purissimi fruct⁹ ei⁹.
 ⁊c. quia reuera multum in p̄spe
 ctu dei sunt sapide lachryme pe
 nitentium. fructus anni secūdi ē
 oīs cōfessio. quādo arbor firma

nar et vires manifestat per suam fecunditatem. ps. Confessionem et decorum induisti. fructus. iij. annis est satiffactio. per quam opera ipsa crescunt et dulcescunt in conspectu dei. fructus vero quarti est perseuerantia quia omnis fructus prae dulcedinem recipit sine quo omnia sunt insipida omnia sunt frustra et sine fructu. Greg. primo moral. In cassum bonum agit si ante vite terminum deseratur. quia frustra velociter currit qui priusquam ad metas venerit deficit.

B Iracunda tibi vestimentum tuum et sequere me. Actus. xij. Mot. quod quia duo socii vestimentum eodem panno: non solum querunt similitudinem in colore: sed et in habitu et forma vestium quia seruant longitudinem. latitudinem. et. que formam decorant. Spiritualem Christus venit assumere formam nostram et factus est socius noster per omnia nobis similitudo secundum carnem. sed non in culpa. Ergo si volumus illi assimilari aspiciamus habitum vestimentum eius. quia non solum dilatatus fuit per multa bona opera. sed et in his constantem perseueraverit in longitudine vite.

Fig. Figura Apoc. primo. ubi Jo. vidit in medio. vii. candelabra aureorum similem filio hominis vestitum podere. Spiritualem. filius hominis ex testimonio sacre scripture Christus est. qui singulariter. ex hoc differt ab omni homine quia gladius homo Christo datus erat excepto est filius hominum. vii. duo candelabra aurea sunt. vii. mil-

sericordie opera que sunt luminis anime. Igitur qui in medio operum ditorum quiescit: percipit charitatem similem se iam exhibet filio virginis qui percipiens se venit non ministrari sed ministrare et animam suam dare pro multis. verumtamen si singularis societas cum illo queratur. necesse est vestiri podere quod est vestimentum usque ad talos pertingens. quia opus est: ut in medio virtutum usque ad fines perseuerem. Apoc. ij. Esto fidelis usque ad mortem: et dabo tibi coronam vite. Ipse autem induens formam serui factus est obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltavit illum. Ergo si vis certaminis tui habere stipendium: stude persequere cursum tuum per ipsam perseuerantiam quam Christus persequi voluit. Alioquin Christi societate carebis in patria. unde Ber. in quadam epistola Perseuerantia inquit est unica filia summi regis finis virtutum earumque consummatio sine qua nemo videbit deum.

e Tribit homo ad opus suum et ad operationem suam usque ad vesperum. ps. ciiij. Extremus in bello nisi fortiter usque ad terminationem prelij dimicet non dicit fortis. Nam si homo impetuose percussit hostes semel bis vel ter: et in fine terga vertens fugiat nihil fecit. foret melius non intrasse bellum. Spiritualem intrans campum prae ad

certandū p̄ xpo nō dz fugere ver
 tens terga d̄ cāpo quousqz sit ter
 minata victoria que fit cū cāpuz
 relinquit. s. per mortē. Tūc. n. pōt
 vnusqz spolia recolligere. Et cū
 triūpho ad propria remeare. Hi
 si ergo perseueret vsqz ad mortē:
 non accipiet coronam vite. facta
 eniz victoria datur corona victo-
 rib⁹. figura. i. Re. xliij. Jonatas
 p̄ filisteos certauit vsqz ad vespē
 rā in tanto labore ⁊ sudore q̄ q̄si
 defecerant oculi ei⁹ sed inuento ⁊
 gustato melle visus recepit. Spi-
 ritualiter. per Jonatā q̄ interpre-
 tatur colūba pulchra subaudi pe-
 nitentē p̄nia candidū. dimicat er-
 go fortiter superando exercitum
 philistinorū. i. demones vincēdo
 ⁊ eorū tēptationes sustinēdo ic̄⁹
 multos laborando in siti ⁊ fame
 in vigilijs ⁊ alijs multis calamita-
 tibus vsqz ad vespē. i. vsqz ad
 mortē sed post mortē puenit ad
 eternā vitā. vbi gustata diuina dul-
 cedine: Illuminant̄ oculi ei⁹ mē-
 tis siue aie ad vidēdū deū sicuti
 ē. perseuerantia ē ergo q̄ hoiez coro-
 nat ⁊ q̄ vtutes cōseruat. q̄b⁹ xpi
 miles palmā acqrit victoriae Ber-
 nar. Ep̄la. xix. Et vsqz perseuerantia
 i pugna nec victoriā: nec palmas
 victor p̄seq̄t. Matrīx ē ad meritū
 mediatrix ad premiū soror patie-
 tie. cōstāte filia. amica pacis. amī-
 citiarū nodus: vnānimitatis vin-
 culū sanctitatis ppugnaculū. Tol-
 le perseuerantiam: nec mercedēz

habet obsequium. nec bñficiū
 gratiam. Nec laudem fortitudo.
 Sola est cui eternitas reddīt vel
 potius que eternitati hominē red-
 dit dicente domino. Qui perseue-
 rauerit vsqz in finē hic salu⁹ erit.

Aspetū eorū ne timueri-
 tis. p̄mi. Machabe. iij.

Quidā adeo sūt incepti
 ⁊ incōsueti bello q̄ si audiāt vo-
 ciferantes inimicos ⁊ super se im-
 petuose venientes videant: ⁊ de
 seipsis videant aliquos vulnera-
 ri statim fugā arripiūt. Ad si au-
 dacter remanent ⁊ in acie cer-
 tarent: hostes triūphaliter supra-
 rent Nam ex industria aliqui ēē
 debiliores ita artificiose sciunt ag-
 gredi inimicos vt plus eis p̄sint
